Fonte Me. Periphraſis eſt Hippocrenes fontis muſis dicati. Et Hyan. Aga. Beotia/ nam hyantes populi ſunt Beotie. Aganippe vero fons eſt Beotie muſis ſacer. Ad Pe. ni. montanos. Peones nāq; populi ſunt Macedonie montani. Dirimāt certamina nymphe. diiudicent inquit vtre noſtrum melius cecinerint. Dirimi autem proprie dicuntur bella/ atq; lites cum ſedantur. Per flu. per ſtygem paludem. Factaq; de vi. hoc de iure ſumptum videtur: Iudices enim ſententiam laturi ſedere iubētur. Tunc ſine ſor. prior. ſtoliditatem ſimul et temeritatem filiarum Pieri notat muſa: quarum vna anteq̄ ſorte decerneretur/ vtre deberēt cantū inchoare/ bellum giganteum canere cepit. Emiſſumq; Typhoea. Typhoe9 qui et Typhon dicitur Titani et terre fuit filius tanta audacia/ et Iouem in pugnaz prouocare ſit auſus. Quare Iupiter illū fulmine ſtrauit: Trinacrieq; inſule ſubiecit. Sane typhoeus ita triſyllabum eſt: vt non o et e: ſed e et u in diphthongum copulentur. Quidam enim de orthographia ſcribentes cum oe diphthongo hoc nomen ſcribendum ſtulte precipiunt. Donec feſſos Egyptia tellus Ceperit: gigantes Titanorū filii (vt in primo quoq; diximus) Typhoeo duce impetum in Deos fecerunt: ac eos in Egyptum vſq; fugere coegerunt: vbi ſe Typhoei metu in varia animalia: vt perſpicue deſcribit Ouidius conuerterunt: inde factum eſt: vt egyptii multa animalia pro Diis colant. In quorum ſtultitiam Iuuenalis eam ſcripſit Satyram: cuius eſt initium. Quis neſcit Voluſi Bithynice qualia demens Egyptus portenta colat. Duxq; gregis dixit fit Iupiter. periphraſis eſt arietis. Nam Iupiter ſe in arietem cōmutauit: cuius rei argumentum eſt: q̄d Iupiter Hammon in Libya ſub figura arietis colitur. Tametſi aliam huius Metamorphoſeos rationem ſuperius deſcripſimus. Deli9 in coruo: proles Semeleia. Apollo ſe in coruū mutauit/ Bacchuſq; in caprum. Fele ſoror Phebi: niuea Saturnia vacca. Diana ſoror eſt Apollinis: que ſe in felem domeſticuz animal muribus/ auibuſq; maxime infeſtuz: conuertit. Cyllenius Ibidis alis. Ibis auis Ciconie ſimilis Egypti peculiaris/ immunda/ vt que roſtro anū purget. Poſcimur Aonides: ſed forſitan otia non ſunt. nos inquit muſe ad cantandū inuitamur. Significat autem ſe et prudentes/ et modeſtas eſſe: que niſi rogate/ non ſurrexerint ad cantandum: id quod impudentes Pieri filie fecerunt: que ne iacta quidem ſorte canere ceperunt. Aonides vero muſe dicuntur ab Aonia Beotie parte montana. Leui vmbra. ſuaui/ ac iucunda. Dedimus ſummam certaminis vni: hoc eſt totum certamen vni ex ſororibus cōmiſimus. Calliope querulas pretent. Calliope vna ex muſis: cui a pulchritudine/ ac bonitate vocis nomen inditum eſt. Nam καλλος pulchritudo: et ο ψ οπος vox dicitur. Morem autem citharedoruz expreſſit: qui cithare chordas antequam verum incipant cantum tentare ſolent. Chorde autem proprie dicuntur muſicorum inſtrumentorum. Neruis: chordis. Prima Ceres vnco glebam dimouit aratro. a laudibus Cereris carmē ſuū Calliope auſpicatur. Ceres autem Saturni et Opis filia fuiſſe dicitur: q̄ oim prima agrorū cultū ac frumenta hominibus mōſtrauit: legeſq; adinuenit: quibus homines ciuiliter viuere ceperunt. Dicta eſt autem Ceres a gerendis frugibus prima littera propter affinitatem mutata: vt de natura Deorum Cic. ait.

Hyantes.
Peones.
Dirimo.
Typhoeus
Bellum giganteum.
Iupiter in arietem.
Apollo in coruum.
Bacchus in caprum.
Diana in felem.
Iuno i vaccam.
Venus in piſcem.
Mercuri9 in Ibidem.
Calliope.
Chorde.
Ceres laus
Ceres.

Fonte Meduſeo/ et Hyantea Aganippe.
Vel nos Emathiis ad Peonas vſq; niuoſos
Cedemus ſyluis: dirimant certamina nymphe.
Turpe quidem contendere erat: ſed cedere viſum
Turpius. electe iurant per flumina nymphe.
Factaq; de viuo preſſere ſedilia ſaxo.
Tunc ſine ſorte prior/ que ſe certare profeſſa eſt:

Gigantomachia.
Marte giganteo timor ardua regna tonantis
Inuaſit: ſuperos/ et graue Martis onus.

Bella canit ſuperum: falſoq; in honore gigantes
Ponit: et extenuat magnorum facta deorum:
Emiſſumq; ima de ſede Typhoea terre
Celitibus feciſſe metum: cunctoſq; dediſſe
Terga fuge: donec feſſos Egyptia tellus
Ceperit: et ſeptem diſcretus in hoſtia Nilus.
Huc quoq; terrigenam veniſſe Typhoea narrat:
Et ſe mentitis ſuperos celaſſe figuris:

Iuppiter in arietem.
Dum polus Enceladi crudelia membra timeret:
Iupiter eſt factus corniger Encelado.

Duxq; gregis dixit: fit Iuppiter: vnde recuruis
Nūc quoq; formatus Libys eſt cū cornibus Hāmō.

Apollo in ceruum.
Vidit Apollineum corui ſub imagine vultum
Egyptus: quateret cum iuga ſumma Gyges.

Bacchus in caprum.
Cuius debuerant manus fugare
Eſt factus Bromius caper/ gigantes.

Delius in coruo: proles Semeleia capro:

Diana in felem/ Iuno in vaccam/ Venus in piſcem/ Mercurius in ibin.
Cynthia fit Feles: Saturnia vacca: Dione
Piſcis: Athlantiades ibis ob Enceladum.

Fele ſoror Phebi: niuea Saturnia vacca:
Piſce venus latuit: Cyllenius ibidis alis.
Hactenus ad citharam vocalia mouerat ora.
Poſcimur Aonides: ſed forſitan otia non ſunt:
Nec noſtris prebere vacat tibi cantibus aures.
Ne dubita/ veſtrumq; mihi refer ordine carmen
Pallas ait: nemoriſq; leui conſedit in vmbra.
Muſa refert: dedimus ſummam certaminis vni.
Surgit: et immenſos hedera collecta capillos
Calliope querulas pretentat pollice chordas:
Atq; hec percuſſis ſubiungit carmina neruis.
Prima Ceres vnco glebam dimouit aratro:
Prima dedit fruges/ alimentaq; mitia terris.

Almenta

Prima dedit



Alimenta mi. periphraſis eſt frumēti: aſi; cuius inuētionem glādibus hoīes veſcebantur. Prima de. le. repetitio eſt q̄ maxime laudationē exornat. Qd aūt Ceres prima leges inuenerit: illud quoq; eſt argumēto: q Theſmophora a grecis vocat: hoc eſt legifera/ et eius ſacra Theſmophoria: q̄ a noſtris Cerealia dicūtur. Vaſta gi. Typhoeo gigāti fulmine pcuſſo Iuppiter Siciliā inſulā ſuperiniecit/ ne quando reſurgens e celo Deos pellere tentaret. Trinacris. Sicilia q̄dē Trinacris a poeta: ſed ab aliis Trinacria frequētius dicitur: q tria ακρα habeat. i. pmontoria/ Peloꝝ/ Lilybeū/ et Pachynū. Quidā ex antiq̄s hiſtoricis Trinaciaz illā vocāt: a Trinaco rege denominatam: vt ſcribit Apollonii enarrator. Magnis mo. montibus/ ponderibus. Nititur il. qui. hoc idcirco fingitur: quia Sicilia terremotu ſepenumero quatit. Auſonio Pe. Italo/ q̄ pe qui et ad Italiā vergat: et ab ea mille et q̄ngentis paſſibus diſtet. Dictus eſt autez Pelorus a Peloro claſſis Hannibalis gubernatore: quem interfectum Hannibal cū crederet ſe in inſidias adductum ibi ſepeliendū curauit. Leua pa. tibi. apoſtrophe ad montē/ qua maxime oro exornat. Pachyn9 vero Sicilie eſt pmontoriū in Greciam vergens. Lilybeo crura premunt. Lilybe9 quoq; Sicilie eſt pmōtorium Africā reſpiciēs. Degrauat Etna. ca. deprimit. Etna vero mōs eſt Sicilie altiſſimus: cuius vertex fere ſemper flāmas eiectat: eſt etiā vrbs Etna a Hierone rege edificata: vn̄ Etnei dn̄r. Sepe re. ſepe inquit tentat montes excutere/ quo tēpore maximi fiunt terremotus/ per q̄d quidem ſignificatur vaſtum Typhoei et robur et corpus. Luctatur: conatur. Remoliri: demoliri: decutere: prepoſitionem poſuit pro prepoſitione. Rex ſi. Pluto. Manes ſilentes dicūtur: q mortuis nulla vox ſit. Pateat: aperiatur. Solū: terra. Atrorum equo. nigrorū. apud inferos em̄ oia ſunt nigra: vtpote apd quos ppetue ſunt tenebre. Ambibat: circuibat. Fundamina: fundamenta. Poſtq̄ ex. ſa. eſt: ſatis cōpertū eſt. Hec aūt narrātur: vt cōmodius fabula fabule connectatur. Labare: vacillare. Videt hunc Ery. va. Erycina a Romanis/ Siculiſq; Venus dicitur/ ab Erice Veneris ipſius/ ac Bute filio: qui cuz in Sicilia regnaret: ac plurimum corporis virib9 polleret: hoſpites vt ſecum ceſtibus decertarent pvocabat. Is extructo matri Veneri tēplo: que Erycina fuit appellata/ cum Hercule congreſſus ab eo fuit interfectus. In vertice autem montis/ qui ab eo ipſo Eryx cognominatur: dicitur fuiſſe tumulatus. Narraturus vero poeta Cyanes nymphe transformationem in ſtagnum: prius Proſerpine raptum elegantiſſime deſcribit. Cum. em̄ Pluto deus inferoruz in Sicilia vagaretur: ſagitta a Cupidine rogatu Veneris percuſſus/ viſa Proſerpina Cereris filia ita exarſit: vt eam raptam ſtatim currui ſuo imponeret: atq; aſportaret. Cum vero a Cyane nympha retineretur: ipſe adaperta terra ad inferos cum amica deuectus eſt. Cyane autem eo dolore fuit affecta: vt paulatim in fontez fuit commutata. Monte ſuo. Eryce ſibi dicato. Natum vo. filium alatum: hoc eſt Cupidinem. Arma ma. mee. eadem ferme oratione Venus apud Vergili. Cupidinem filium alloquitur. Nate mee vires/ mea magna potentia ſolus. Inq; dei pe. in animum Plutonis. Molire: prepara. Triplicis re. quod in tres diuiſum eſt partes. Quarum ſuprema (hoc eſt celum) obtigit Ioui. Media (hoc eſt terra cum mari) Neptuno. Infima ac vltima (hoc eſt inferi) Plutoni. Profers: producis: amplificas. Agitur pars ter. mū. hoc eſt tertia pars mūdi in periculo verſat: parūq; abeſt quin ea a nobis amittat. Et tn̄ in ce. quoq;. non ſolum inq̄t iferos patimur ab amore liberos eē; verū ſuperorū quoq; q̄dā nos ſpernūt: noſtraq; patiētia fruūtur.

Trinacris.
Pelorus.
Pachin9.
Lilybeus.
Ars ſuperare.
Ars pugnatq;.
Etna.
Prepoſitio p ppoſitione q̄d.
Rex ſilentum.
Ericyna.
Proſerpine raptus.

Prima dedit leges. Cereris ſunt omnia munus.
Illa canenda mihi eſt: vtinam modo dicere poſſem
Carmina digna dea: certe eſt dea carmine digna.

Tiphoeus.
Ceruicem Etna premit: Lilybeum crura: Pelore
Dextra: Pachyne tibi eſt ſubdita leua manus.

Vaſta Gigāteis iniecta eſt inſula membris
Trinacris: et magnis ſubiectum molibus vrget
Ethereas auſum ſperare Typhoea ſedes.
Nititur ille quidem: tentatq; reſurgere ſepe:
Dextra ſed Auſonio manus eſt ſubiecta Peloro:
Leua Pachyne tibi: Lilybeo crura premuntur:
Degrauat Etna caput: ſub qua reſupinus harenas
Eiectat: flammamq; fero vomit ore Typhoeus.
Sepe remoliri luctatur pondere terre/
Oppidaq;/ et magnos deuoluere corpore montes.
Inde tremit tellus: et rex pauet ipſe ſilentum:
Ne pateat: lateq; ſolum retegatur hiatu:
Immiſſuſq; dies trepidantes terreat vmbras.

Proſerpine raptus.
Dis Phlegetonteo tellure tremente barathro
Exit: Perſephonen predo vagamq; rapit.

Hanc metuens cladem tenebroſa ſede tyrannus
Exierat: curruq; atrorum vectus equorum
Ambibat Sicule cautus fundamina terre.
Poſtq̄ exploratum ſatis eſt loca nulla labare/
Depoſitoq; metu videt hunc Erycina vagantem
Monte ſuo reſidens: natumq; amplexa volucrem
Arma/ manuſq; mee/ mea nate potentia dixit:
Illa/ quibus ſuperas omnes: cape tela Cupido
Inq; dei pectus celeres molire ſagitas:
Cui triplicis ceſſit fortuna nouiſſima regni.
Tu ſuperos/ ipſumq; Iouem/ tu numina ponti
Victa domas: ipſumq;/ regit qui numina terre.
Tartara quid ceſſant: cur nō matriſq;/ tuumq;
Imperium profers: agitur pars tertia mundi.
Et tamen in celo quoq; iam patiētia noſtra eſt.
Spernimur: ac mecum vires minuuntur amoris.

¶ Pallada nõne vi. a quibus potiſſimum ſpernatur Venus exponit. Pallas em̄ ac Diana ꝑpetuā voue rant virginitatē. ¶ Cereris quoqꝫ filia Proſerpina: que Jouis ⁊ Cereris fuit filia. ¶ Patruo. Plutoni: q̄ Jouis frater Proſerpinā ſibi vxorē copulauit. ¶ Nec q̄ magis audiat arcū: hoc eſt nec q̄ facili⁹ ab arcu emittaꝛ. Ille nāqꝫ ſagitte arcū audire ⁊ obtēperare dr̄: q̄ facile ab arcu emittūtur. Flexile cornū: ꝑpter cacophoniā cornū dixit pro cornu. ¶ Oppoſitoqꝫ ge. geſtū exprimit eoꝝ: qui arcus intendunt. Curuauit. inflexit: vt intēderat. Flexile cor. flexilē arcū: ex cornu confectū. Jnqꝫ cor. in corde rõ loquendi expoſcit. Hamata harū. ſagitta ferro armata ⁊ hamo: q̄ quidē e corpe difficulter extrahi põt. Eſt aūt hamat⁹ nomē participio ſimile vt galeatus. Ditē: Plutonē: q̄ a grecis πλουτων: a latinis Dis ſiue Ditis κατ αντιφρασιν: q̄ minime ſit diues dicitur. Nā πλουτος et Deus eſt diuitiarū: ⁊ pro ipſis quoqꝫ diuitijs ponitur. ¶ Haud p. Et. lacū noie Pergusam deſcribit/ iuxta quē Proſerpina cū ſibi equalib⁹ puellis flores colligēs a Plutone illac curru trāſeunte rapta fuit. Hūc vero lacū Claudian⁹ (qui ⁊ ipſe raptū Proſerpine deſcripſit) Pergū a Siculis appellari ait. Haud ꝑcul inde lacus/ Pergum dixere Sicani Pāditur. Jta locorū noia varie ſepenūero a poetis efferuntur. ¶ Etneis me. Etna vrbe. nam Etna mons eſt Sicilie: ⁊ vrbs: vt diximus. Quidā vero putāt Enneis eſſe legēdū: ꝙ enna quoqꝫ ꝑ duplex n et ſine diphthõgo. Sicilie vrbs eſt mediterranea: iuxta quā cõtēdūt Proſerpinā fuiſſe raptā. Non il. plu. Cay. Car. cy. Cayſter fluuius eſt Aſie iuxta Aſiā paludē/ ac Epheſum vrbē labēs: quē Cygnis abundare Vergi. quoqꝫ in pri. Georg. teſtaꝛ. Jā varias pelagi volucres: ⁊ que Aſia circū Dulcib⁹ in ſtagnis rimanꝛ prata Cayſtri. Sic aūt dictus eſt ꝙ labiꝛ per κεκαυμενην ⁊ cõbuſtā regionē. Ab hoc deducitur Cayſtrium pratum iuxta Epheſum. Sylua cor. aquas: vndiqꝫ ſylua lacū circuit. ¶ Summouet: repellit: penetrare non ſinit. Phebeos ig. Solis feruores. Puellari ſtu. puelle conueniēti. Vſqꝫ a. pro. iam. Acclamatione hac ſignificat ꝙ vehemens ad amandū ſagitta Cupidinis effectus fuerit Pluto. Ab ora ſū: a ſupremo limbo. Hec quoqꝫ ia. q̄ amiſerat flores. Raptor a. c. cogitat ⁊ cõcitat in curſum. ¶ Et no. qu. vo. Exhortatur equos: noia equorū Plutonis hec eſſe ferūtur. Orphneus: q̄ obſcurus interꝑtari põt ⁊ niger. Ethon q̄ vrens. Js autē vnus eſt etiaꝫ ex Solis eq̄s: Nycteus qui nocturnus a nocte/ que νυξ grece dr̄: Alaſtor q̄ infeſtus ⁊ ꝑnitioſus. Sunt em̄ Alaſtores Demones hominibus ꝑnitioſi ⁊ infeſti. Excutit: concutit. Obſcura ferru. ferrugineo colore: qui fuſcus eſt/ ac ferro ſimilis. Stagna pa. Palici (vt Eſchylus in Etnis ſcribit) Jouis et Thalee nymphe a Vulcano genite filij fuerūt: vt vero alij/ in primiſqꝫ Silenus ſcriptor grecus: Vulcani ex Etna Oceani filia. Dicti ſunt autē Palici απο του παλιν ικεσθαι: hoc eſt ab iterum veniendo in vitam: cum mortui iam eſſent. Nam cum Thalea nympha a Joue fuiſſet compreſſa: Junonis timore optauit: vt ſibi terra dehiſceret. Quod quidem vbi factum eſt: maturi partus tempus aduenit: ex terra igiꝛ adaperta: duo ſimul infantes exiliere: qui palici ſunt appellati. Non autem Paliſci: vt putat Tortel. qui in hoc quoqꝫ ſede nimium fallitur: nam paliſcos: απο του παλιν quod eſt iterum: et hiſcere verbo latino ſcribit componi: eoqꝫ ſecunde ſyllabe s literam precipit aſcribendam: cum et nomen grecum proculdubio ſit: nec ſi illo modo componeretur: greci vnq̄ huiuſmodi verbo vterentur. Juxta Palicos autem fons eſt Palicine: qui aquam in altum ſex cubitis eiaculari dicitur: que in eundem fontem iterum reuertatur. Jus quoqꝫ iurandum ibi ſanctum fuiſſe ſcribunt. Que enim quis iuraſſet/ ea in tabella ſcripta in aquam proijciebanꝛ: ac ſi quidem vera fuiſſent tabella fluitabat/ ſi quis vero peieraſſet/ tabella ſubmergebatur/ nec vſq̄ apparebat. Jn periurio vero deprehenſus comburebatur. ¶ Feruentia. innuit poeta ibi eſſe fontes calidarum aquarum.

Raphael.
Pergusa lacus.
Enna vrbs.
Cayſter. Aſia pal⁹.
Alaſtor. Palici.
fons Paliciae.

Pallada nonne vides: iaculatricemqꝫ Dianam
Abſceſſiſſe mihi: Cereris quoqꝫ filia virgo/
Si patiemur erit: nam ſpes affectat eaſdem.
At tu pro ſocio/ ſi qua eſt ea gratia regno:
Junge deam patruo. dixit Venus: ille pharetram
Soluit: et arbitrio matris de mille ſagittis
Vnam ſepoſuit/ ſed qua nec acutior vlla/
Nec minus incerta/ nec que magis audiat arcum.
Oppoſitoqꝫ genu curuauit flexile cornu:
Jnqꝫ cor hamata percuſſit harundine Ditem.
Haud procul Etneis lacus eſt a menibus altus
Nomine Pergusa: non illo plura Cayſter
Carmina cygnorum labentibus audit in vndis.
Sylua coronat aquas cingens latus omne: ſuiſqꝫ
Frondibus vt velo Phebeos ſummouet ignes.
Frigora dant rami: varios humus humida flores:
Perpetuum ver eſt: quo dum Proſerpina luco
Ludit: et aut violas/ aut candida lilia carpit:
Dumqꝫ puellari ſtudio/ calathoſqꝫ/ ſinumqꝫ
Jmplet: et equales certat ſuperare legendo.
Pene ſimul viſa eſt: dilectaqꝫ/ raptaqꝫ Diti.
Vſqꝫ adeo eſt properatus amor: dea territa meſto
Et matrem/ ⁊ comites: ſed matrem ſepius ore
Clamat: et vt ſumma veſtem laniarat ab ora:
Collecti flores tunicis cecidere remiſſis:
Tantaqꝫ ſimplicitas puerilibus affuit annis:
Hec quoqꝫ virgineum mouit iactura dolorem.
Raptor agit currus: et nomine quenqꝫ vocando
Exhortatur equos: quorum per colla/ iubaſqꝫ
Excutit obſcura tinctas ferrugine habenas:
Perqꝫ lacus altos/ ⁊ olentia ſulfure fertur
Stagna Palicorum rupta feruentia terra

Et qua



Et qua Bacchiade: hoc eſt originē a Bacchia ducētes. Bacchias em̄ Dionyſij filius Corinthum habitauit: ab eo aūt genus ducentes (vt ſcribit et Strabo: et expoſitor Argonauticon Apollonij) generoſiſſimi corinthiorū habebantur. Ceterum expulſi Corintho ꝑpter Acteonis mortē dicūtur fuiſſe. Meliſſus em̄ pr̄ cum vidiſſet filium a Bacchiadis dilaceratū: iamqꝫ Jſthmia forent celebrāda: aſtās altari multa in Corinthios eſt imprecatus: niſi filij cedē vindicarēt: cūqꝫ ea dixiſſet: ſe precipitē ex alto dedit. Quare Corinthij/ ne inultaꝫ eā cedē relinquerent/ oraculoqꝫ id iubenti obtēperarent: Bacchiadas expulerunt. Cherſicrates autem vnus Bacchiadū Cercyram edificauit: cum illinc Colchos eieciſſet. Videtur autē poeta innuere Drepanū a Bacchiadis edificatū: quanq̄ ⁊ Cercyra Drepane fuerit appellata ꝙ (vt Time⁹ inquit) δρεπανον: hoc eſt falx illic abſcõdita eſt: qua Cron⁹ Vrani: hoc eſt celi pudēda: aut Jupiter Croni reciderit. Bimari Corintho. Corinthus idcirco bimaris appellaꝛ: quod in Jſthmo Peloponneſi edificata: ab altera parte Egeū mare: ab altera Joniū ſpectet. Jnter inequales portus: alter nāqꝫ maior eſſe: alter minor perhibetur. Po ſuerūt menia: vrbē Depranū edificarūt. Eſt medium Cyanes. locum deſcribit: vbi Cyane nympha Plutonē inhibere voluit: ne proſerpinā aſportaret: ceterum a Plutone contempta dolore in fontē ſui nois fuit cõuerſa: qui Anapi fluuio cõmixt⁹ iuxta Ortygiā inſulaꝫ in mare labitur. Cyane autem (vt ſcribit copioſe Plutarch⁹ ex ſententia Doſithei) puella fuit Syracuſana: que ex oraculo ⁊ Cyanippū patrem: ⁊ ſeipſam mactauit: cum patris deſyderiū ferre non poſſet. Cum aūt illius morte peſtis foret ſedata Syracuſani diuinos honores ei decreuerūt: ac perennem ⁊ maximum fontē ab eiuſdem noie appellarunt. Eſt aūt iuxta Syracuſas Proſerpine ſacer (vt ſcribit Diod.) ꝙ ꝑpe illum rapta fuerit Proſerpina: vt etiaꝫ Cicero teſtaꝛ. Et Piſee Arethuſe. Arethuſa fons eſt Sicilie iuxta Syracuſas vrbē: quaꝫ idcirco Piſeam poeta vocat: ꝙ (vt diximus) creditur eſſe Alpheus: qui fluuius iuxta Piſam Olympie vrbē labēs abſorbetur a terra/ ac ſubter mare fluēs in Siciliaꝫ vſqꝫ Arethuſam efferre dr̄. Cõponere. cõparare. Anapus. Anapus q̄ et Anapis dr̄/ fluui⁹ eſt Sicilie: q̄ idcirco Cyanen amare fingiꝛ: ꝙ iūcti in mare defluunt. Saturni⁹. Pluto Saturni fili⁹. Cõdidit. iecit tātis viribus vt totū ſceptrū occultareꝛ. Jcta viā tellus. nā ſceptro ꝑcuſſa ita hiauit: vt tacite Plutonis currus illac ad inferos pertranſierit. Jn tartara. ad inferos. Eſt em̄ tartarus infimus inferoꝝ locus ⁊ obſcuriſſimus: dictus παρα το εκταρασσεσθαι: hoc eſt ex eo: ꝙ oia in eo ꝑturbata ⁊ cõfuſa ſunt. Mutat aūt genus/ nā in ſingulari maſculinū eſt: in plurali neutrū. Medio cratere. in mediā voraginē. Nā crater non ſolū vas dr̄: ſed ad ei⁹ ſilitudinē hiat⁹ quoqꝫ terre: vñ flāma preſertim egrediaꝛ/ crater appellaꝛ: vñ Empedoclē ſe in Et ne craterē ꝑcipitaſſe legimus. Jnconſolabile vulnus. maximum dolorem: qui nullam conſolationem admittere poſſet. Omnis. tota. Oſſa pati flexus. oſſa fieri flexilia. Exilibus tenuibus ac paruis. ¶ Euanida euaneſcentia: reſoluta. ¶ Reſtatqꝫ nihil quod prendere poſſis. nihil inq̄t duri de Cyanes corpore fuit relictū: quod quiſq̄ manibus prehendere poſſit.

Bacchiade.
Corintho.
Drepanū.
Cercyra.
Cyane.
Arethuſa cur Piſea dicatur.
Anapus et Anapis.
Tartarus.
Crater.
Euanida.

Et qua Bacchiade bimari gens orta Corintho
Jnter inequales poſuerunt menia portus.

¶ Cyane in ſtagnum.

¶ Mens vt erat Cyane raptori obſtare profundo
Cum nequijt fons eſt facta gemens cyane.

Eſt medium Cyanes: et Piſee Arethuſe:
Quod coit anguſtis incluſum cornibus equor:
Hic fuit: a cuius ſtagnum quoqꝫ nomine dictum eſt:
Jnter Sicelidas Cyane celeberrima nymphas:
Gurgite que medio ſumma tenus extitit aluo:
Agnouitqꝫ deam: nec longius ibitis inquit.
Non potes inuite Cereris gener eſſe: roganda/
Non rapienda fuit. quod ſi componere magnis
Parua mihi fas eſt: ⁊ me dilexit Anapus:
Exorata tamen/ nec vt hec/ exterrita nupſi.
Dixit: ⁊ in partes diuerſas brachia tendens
Obſtitit: haud vltra tenuit Saturnius iram:
Terribileſqꝫ hortatus equos in gurgitis ima
Contortum valido ſceptrum regale lacerto
Condidit: icta viam tellus in tartara fecit:
Et pronos currus medio cratere recepit.
At Cyane/ raptamqꝫ deam: contemptaqꝫ fontis
Jura ſui merens inconſolabile vulnus
Mente gerit tacita: lachrymiſqꝫ abſumitur omnis.
Et quarum fuerat magnum modo numen in illas
Extenuatur aquas: molliri membra videres:
Oſſa pati flexus: vngues poſuiſſe rigorem:
Primaqꝫ de tota tenuiſſima queqꝫ liqueſcunt:
Cerulei crines digitiqꝫ ⁊ crura pedeſqꝫ
Nam breuis in gelidas membris exilibus vndas
Tranſitus eſt poſt hec humeri tergumqꝫ latuſqꝫ:
Pectoraqꝫ in tenues abeunt euanida riuos.
Deniqꝫ pro viuo vitiatas ſanguine venas
Lympha ſubit: reſtatqꝫ nihil quod prendere poſſis.

¶ Fabule quinte libri quinti libri Argumentum.

¶ Jnterea ⁊c. Ceres cum orbem terrarum peragraſſet/ requirens filiam Proſerpinā: eſtu torrida ad caſam cuiuſdam anus noie Miſmes deuenit: petijtqꝫ ab ea vt ſibi aquam ad colluendum ieiunium porrigeret. Que cū polētatam potionē ei dediſſet: et illa auidius biberet: puer quidā ex eiuſdem caſe nomine Stelles procacius eſt proſecutus/ predicans auiditatē ei⁹ in bibēdo: cuius dea audacia pueri offenſa inmalis: partem potionis in eū effudit: fecitqꝫ vt in ſtellionē conuerteꝛ: qui potionē ſparſam polenta oſtenderet.

Lactātius.

Raphael.

☞ Interea pauide. Ceres Pꝛoſerpinam filiam querens: cum defeſſa ſiti laboꝛaret: quandam rogauit anū vt ſibi aquam ad os colluendū exhiberet. Ea cū muſtū polenta cōmixtum a vetula traditū bibere cepiſſet puer audacioꝛ ridere ⁊ Cererē gule deditam eſſe iactare auſus eſt. Quare indignata ceres in faciē impudētis pueri muſtum ſimul ⁊ polentam expuit: eumq; in ſtellionē animal varijs maculis infectū ꝯmutauit. Omni ꝓfundo. i. oī mari. Udis capillis. humidis: ꝓpter roꝛē aūt noctur nū auroꝛa humidos capillos fingit habere. Ab Etna. ab Etne incēdio ⁊ cratere. vñ ⁊ i ſacrificijs Cereris: q̄ myſteria ⁊ initia vocant: faces accēſas iactare ſolebāt: ad imitationē ipſiꝰ filiā inquirētis. flāmiferas pinus. Pinꝰ arboꝛ eſt ex qua optime faces conficiuntur. Duas autem integras pinus maximas Ceres accēdit/ illiſq; pꝛo facibus vtebat. Claudianus vero duas cedros ab illa geſtatas fuiſſe ſcribit. Hebetarat ſydera. lumen ſyderū retuderat: et occultarat nā adueniēte die ſyderū fulgoꝛ nō videt. Oꝛaq; nulli Colluerant fontes. hoc eſt nihil aque biberat. Pꝛopꝛie autē os collui dr: qñ abluitur. Stramine. palea. Pꝛodit anus. pꝛocedit: egreditur. Quenam vero fuerit hec anus poeta quidē reticet: ſed Caper in opera Uergiliana ſcribit fuiſſe Megniram Celei ancillam: que Cererem manu pꝛehēſam introduxit. Huic aſtipulat et Diomedes grāmaticus: qui et illud adijcit: puerū a Cerere in ſtellionē cōuerſum Jābā fuiſſe vocatū: vnde Jambꝰ videtur eſſe noīatus. Dulce dedit. non mulſum: qđ eſt ditioꝛū: ſed muſtum quo ruſtici quoq; non carent: puto accipiēdū. Teſta. terreo vaſe: per qđ ſignificat poeta vetulā eam inopē admodū fuiſſe. Polēta. cū pꝛepoſitio ſubintelligatur. Polēta vero cibꝰ eſt Grecis olim tā familiaris: q̄ puls Romanis: vterq; vero cibꝰ eſt quo ruſtici pꝛecipueq; mōtani vtuntur. Duri oꝛis. impudētis. Illi enim duri eſſe oꝛis dicūtur: qui ſunt impudētes. Auidā. guloſam. Epota pte. Epotꝰ mō actiuā: mō paſſiuā habet ſignificationē: vt hoc loco. Sic Juue. Epotaq; flumina Medo Pꝛādēte. Combi. os maculas. cōtrahit. Aptū coloꝛi Nomen hʒ. ſtellio vocat: q2 paruis ſtellis inſignitus eſſe videatur. Eſt aūt paruū animal/ qđ (vt inquit Pli.) roꝛe tm̄ viuit. A ſtelliō e vero ſtellionatꝰ crimen a iure cōſultis deduci videt: vt enim ſtelliones varij ſunt et verſicoloꝛes: ita impoſtoꝛes atq; decēptoꝛes: vt vilia videant ꝑtioſa: arte q̄dā ac ſimulatione mendacijſq; efficiūt. Stellatꝰ coꝛpa. ſtellatū habēs coꝛpus: ⁊ guttis infectū/ que ſtelle videantur.

Puer ipudēs i Stellionem.

Pinus.

Os colluī quādo dicatur.

Polenta.

Os durum

Epotus.

Stellio.

Stellionatus crimen

Stellatus.

Fabule. vi. quinti libꝛi Argumentū.

Quas dea ⁊c. Cū Arethuſa nympha Sicilie fontis: q̄ humo ꝑſſus ab Elide fluit: indicauiſſet Cereri a Dite raptā Pꝛoſerpinā: et illa ab Joue ipetraſſet ſi ffris nuptijs cōtēta nō eſſet: ea lege ab īferis duceret eā: ſi nihil guſtaſſet. Quā ob cāʒ cū iudiciū fieret: Aſcalaphꝰ hoſpes Acherōtis filiꝰ ad iudiciū pꝛimus ꝺſcēdit: docuitq; eā mali punici granū guſtaſſe. Quāobrē in auē bubonē abominādi ominis ꝯuerſus eſt. Juppiter aūt ex equo Cereri: fratriq; tribuit: vt ꝑtē āni Pꝛoſerpina apꝺ virū: partē aūt apud matrē ageret.

Lactātiꝰ.

Raphael.

☞ Querēti ꝺfuit oꝛb. nā cū totū ꝑluſtraſſet Ceres trax oꝛbē: vbi q̄reret filiā nihil ei loci reſtabat/ q̄re i Siciliā ē reuerſa. Sicaniā. Siciliā a Sicano rege appellatā. Nec qua loq. ha. ħ eſt nec linguā q̄ loq̄ poſſet/ hēbat. Perſephones zonā. Pꝛoſerpine cīgulū. Quā em̄ latini Pꝛoſerpinā/ greci Perſephonē vocāt.

Sicania.

Trinacria

Interea pauide nequicq̄ filia matri
Omnibus eſt terris: omni queſita pꝛofundo.
Illam non vdis veniens Auroꝛa capillis
Ceſſantem vidit/ non heſperus. illa duabus
flammiferas pinus manibus ſuccendit ab Etna:
Perq; pꝛuinoſas tulit irrequieta tenebꝛas.
Ruſus vbi alma dies hebetarat ſydera: natam
Solis ab occaſu/ Solis querebat ad oꝛtus.
feſſa laboꝛe ſitim conceperat: oꝛaq; nulli
Colluerant fontes. contectam ſtramine vidit
foꝛte caſam: paruaſq; foꝛes pulſauit: at inde
Pꝛodit anus: diuamq; videt: lymphamq; roganti
Dulce dedit teſta quod coxerat ante/ polenta.

Puer in Stellionem.

feſſa Ceres: feſſam riſit puer: ira ſecuta eſt:
Stellio fit: quare: miſta polenta fuit.

Dum bibit illa datum: duri puer oꝛis/ et audax
Conſtitit ante deam: riſitq;/ auidamq; vocauit:
Offenſa eſt: neq; adhuc epota parte loquentem
Cum liquido mixta perfudit Diua polenta.
Combibit os maculas: et que modo bꝛachia geſſit/
Crura gerit: cauda eſt mutatis addita membꝛis:
Inq; bꝛeuem foꝛmam: ne ſit vis magna nocendi/
Contrahitur: paruaq; minoꝛ menſura lacerta eſt.
Mirantem/ flentemq;/ et tangere monſtra pauentez
fugit auum: latebꝛaſq; petit: aptumq; coloꝛi
Nomen habet varijs ſtellatus coꝛpoꝛa guttis.
Quas dea per terras ⁊ quas errauerit vndas/
Dicere longa moꝛa eſt. querenti defuit oꝛbis:
Sicaniam repetit: dumq; omnia luſtrat eundo:
Uenit ⁊ ad Cyanen: ea ni mutata fuiſſet/
Omnia narraſſet: ſed ⁊ os/ ⁊ lingua volenti
Dicere non aderant: nec qua loqueretur/ habebat.
Signa tamen manifeſta dedit: notamq; parenti
Illo foꝛte loco delapſam in gurgite ſacro
Pꝛoſephones zonam ſummis oſtendit in vndis.
Quam ſimul agnouit: tanq̄ tum deniq; raptam
Sciſſet: inoꝛnatos laniauit diua capillos:
Et repetita ſuis percuſſit pectoꝛa palmis.
Neſcit adhuc vbi ſit: terras tamen increpat omneis:
Ingrataſq; vocat: nec frugum munere dignas:

Trinacriam



Trinacriā añ alias. trinacriaque ⁊ Tinacris vocatur: q2 tria acra ⁊ pꝛomontoꝛia habeat: cognominata fert vt ſuperiꝰ quoq; diximꝰ. Alij a Trinacro rege: cuius meminit ſibylla (vt Stepha. refert) ſentiūt fuiſſe dictā. A quibuſdā vo grecoꝝ Trinacia ἀπο του τρινακος. i. A latinis etiā Triquetra: a triāgulari figura noīat. Multa vero loca a rerū ſimilitudine noīant: vt Lyrneſus: Brūduſiū: ſardinia. tridēte vocatur: q2 ei ſit ſilis. Multa vero loca ... In q̄ veſtigia dāni Repperit: cā eſt cur Siciliā i pꝛimis frugū munere indignā putet ceres: q2 illic mille ſue iacture ſigna inuenit ⁊ amiſſe filie. Seua manu. magna ⁊ robuſta. Parili leto. ſimili/ ac pari moꝛti. Dare aūt leto ⁊ moꝛti interficere eſt. Aruaq; iuſſit fal. de. hoc eſt aruis mandauit: ne ſibi credita ſemina redderēt. Depoſitum aūt dr quicquid apud aliquē cuſtodie gr̄a collocat. Eſt vero figurata/ ac poetica locutio: fallere depoſitū pꝛo eo qđ eſt fallere hoīes nō reddēdo ſemina credita/ atq; depoſita. Sparſa iacet. diſperſa marceſſit: ac nullo eſt in honoꝛe: nulluq; fructū hoibus ꝑbet. Segetes. frumenta ſeminata. Eleganter autē ea oīa enumerat: q̄bus ſegetes coꝛrūpunt. Et mō ſol nimiꝰ. nimia ſiccitas a caloꝛe ſolis ꝓueniēs. Nimius imber. nimia humiditas. Nam imber (vt ait Plin.) in herba tm̄ ſegetibꝰ eſt vtilis. floꝛētibus aūt frumētoꝝ hoꝛdeo nocet. Syderaq; ⁊ ventiq; nocent. ſydera tūc nocere ſegetibus videntur cū rubiginē cōtrahūt. Nam rubigo (vt idē ſcribit Plin.) celeſte eſt frugum: vinearūq; malum nullominus noxiū. Ueti autē tribus tēpoꝛibus nocēt frumēto ⁊ hoꝛdeo in floꝛe: aut pꝛotinus cū defloꝛuere: vel maturēſcere incipientibus. Semina iacta. grana ſeminata. Legunt colligunt ⁊ deuoꝛant. Lolium tribuliq; fatigāt. loliū ac tribuli herbe ſunt ſegetibus infeſte. fatigāt. laboꝛioſioꝛes efficiunt. Triticeas meſſes. tritici ſegetes. Meſſis aūt pꝛopꝛie dr tꝑs metēdi ⁊ colligēdi frumēti: ſʒ ꝑ ſegete quoq; interdum accipitur: vt hoc loco. Et inexpugnabile gramē. indomabile: q2 nulla rōne ita domari pōt: vt nō renaſcat. Uidet aūt filicis eſſe periphꝛaſis. Gramen ſane ſpēs eſt herbe tere vbiq; naſcentis: q̄uis ſimpliciter ꝓ herba frequēter gramē accipiatur. Eleis vndis. per ſubterraneas cauernas ab Elide Olympie vrbe venientibus. Tres autem ſunt vrbes hoc nomine: vna in Egypto ab Eleo Tantali filio cognominata: altera in Arcadia: tertia in Hiſpania: vnde Eleus poſſeſſiuum modo triſyllabum: modo Elieus quadriſyllabum: modo Elicius quinqueſyllabum declinatur. Alpheias ex. Arethuſa: que Alphei Elidis fluuij filia eſſe videtur. Nam Arethuſa (vt paulo ante diximus) eadem cum Alpheo eſſe putatur. Que enim apud Piſam in Alpheum pꝛoijciūtur (vt ſcribit Plinius) eadem in Sicilia ab Arethuſa eijciuntur: vnde fabule datus eſt locus Alpheum Elidis fluuium Arethuſe nymphe amoꝛe captum/ eam in Siciliam vſq; fuiſſe perſecutum. Roꝛantes co. ſtillantes capillos. A fronte re. ad au. a fronte vſq; aures repulit. Geſtum autem expreſſit vrinantium/ ⁊ ſub aqua natantium: qui cum pꝛimum ex aqua caput extulerint/ capillos a fronte ad aures vſq; manibus ambabus repellunt. Immenſos ſiſte la. hoc eſt immenſis deſiſte laboꝛibus filie querende. Eſt autem tranſitiuū: quod ſignificat firmo/ ac ſtare facio. Uiolenta: indignata. Patuit. ſe aperuit: vt Plutoni vna cum rapta Pꝛoſerpina ad inferos pꝛoperanti aditum pꝛeberet. Nec ſum pꝛo patria ſupplex. nec tibi pꝛo patrie mee excuſatione ſupplico. Hec autem idcirco ait/ ne mentiri putetur. Piſa mihi patria eſt. Piſa Arcadie oppidum iuxta quod Alpheus fluuius labitur: vnde Piſeus deriuatur. Piſe vero Piſarum numero tātum pluralivrbs eſt Hetrurie clariſſima: vnde Piſanus. Mota loco cur ſim. Arethuſa venatrix fuit nympha Diane comes: que cū foꝛte ſeſe in Alpheo fluuio lauaret: ita Alpheum in ſui amoꝛem pellexit: vt ipſam retinere conatus ſit: ſed cum in Siciliam vſq; fugientē Alpheus ſecutus eſſet: imploꝛato Diane auxilio in fontē ſui nois fingitur fuiſſe conuerſa. Quod idcirco (vt diximus) fictū eſt: q2 q̄ iaciuntur in Alpheū purgamēta eijci ab Arethuſa in Sicilia fere eſt obſeruatum. Sunt aūt multe Arethuſe ⁊ vrbes ⁊ fontes. Nā ⁊ Syre ⁊ Euboee eſt Arethuſa ⁊ Ithace fons. Quamq̄ nō ignobiles grammatici greci ſcribāt oēm fontem Arethuſam poſſe vocari ἀπο του ἀρδειν hoc eſt ab irrigādo. Aduehar Oꝛtygiā. Oꝛtygia duarum inſularum eſt nomen: quarū altera eſt in Egeo/ que ⁊ Delos dicitur/ altera Sicilie adiacet: de qua Uerg. lib. Eneidos. iij. Sicanio pꝛetenta ſinu iacet inſula contra Plemmirium vndoſum: nomen dixere pꝛioꝛes Oꝛtygiā: Alpheum fama eſt huc Elidis amnem Occultas egiſſe vias ſubter mare: qui nūc oꝛe Arethuſa tuo Siculis cōfundit vndis. Hec vero due inſule ab Oꝛtygia vrbe Etolie Oꝛtygie fuerūt denoīate (vt Phanedicꝰ ⁊ Nycāder ſcribūt) nō aūt a trāſmutatione Aſterie Latone ſoꝛoꝛis i Oꝛtygiā: hoc eſt cotburnicē: delos Oꝛtygia fuit appellata: ſʒ q2 oēs Oꝛtygie colonie illius/ q̄ eſt in Etolia fuerūt/ indeq; nomen acceperūt. Hoꝛa tempeſtiua: tēpus cōmodū.

Perſephone.

Trinacria.

Triquetra

Trinacia.

Dare leto

Depoſitū.

Meſſis.

Gramen.

Eleis.

Eleus.

Elieus.

Arethuſa.

Alpheus.

Siſto.

Piſa.

Piſeus.

Piſanus.

Arethuſe cōplures.

Oꝛtygia.

Trinacriam ante alias: in qua veſtigia damni
Repperit. ergo illic ſeua vertentia glebas
fregit aratra manu: pariliq; irata colonos/
Ruricolaſq; boues leto dedit: aruaq; iuſſit
fallere depoſitum: vitiataq; ſemina fecit.
fertilitas terre latum vulgata per oꝛbem
Sparſa iacet: pꝛimis ſegetes moꝛiuntur in herbis.
Et modo Sol nimius/ nimiꝰ modo coꝛripit imber:
Syderaq;/ ⁊ ventiq; nocent: auideq; volucres
Semina iacta legunt: lolium/ tribuliq; fatigant
Triticeas meſſes: ⁊ inexpugnabile gramen.
Tum caput Eleis Alpheias extulit vndis:
Roꝛanteſq; comas a fronte remouit ad aures.
Atq; ait: o toto queſite virginis oꝛbe/
Et frugum genitrix immenſos ſiſte laboꝛes:
Ne ve tibi fide violenta iraſcere terre.
Terra nihil meruit: patuitq; inuita rapine.
Nec ſum pꝛo patria ſupplex: huc hoſpita veni:
Piſa mihi patria eſt: ⁊ ab Elide ducimus oꝛtus.
Sicaniam peregrina colo: ſed gratioꝛ omni
Hec mihi terra ſolo eſt. hos nunc Arethuſa penates:
Hanc habeo ſedem: quam tu mitiſſima ſerua.
Mota loco cur ſim: tantiq; per equoꝛis vndas
Aduehar Oꝛtygiam: veniet narratibus hoꝛa

¶Leuata.liberata.Cura.dolore ꝛ ſollicitu-dine.Subterqꝫ imas ab.ca.ꝑ ſubterraneas vias abducta. Hic caput attollo. hic exeo. Deſuetaqꝫ ſydera cer.aſpicio hic inquit ſy-dera mihi deſueta/et non viſa tantiſper dū fui ſub terra.Sed regina tamē.hec ad Cere-ris conſolationem referuntur:quibus tamē ipſa magis eſt exacerbata.Repetitio autem illius copule ſed et rem amplificat/et oratio nem exornat.Cum enim vnum dicatur: plu-ra tamen eſſe videntur.Opaci mun.vmbro-ſi inferni.Pollens ma. potens vxor. Dolore pul.gra.perculſa:affecta magno dolore.Nu bila.triſtis:meſta. Inuidioſa.inuidiam Jo-ui factura.Nata patrem moueat. Proſerpi na enim Jouis ex Cerere filia fuit. Conatur autem Ceres Joui perſuadere:ne patiatur filiam a Plutone detineri.Neu ſit tibi cura Uilior illius:neqꝫ illius inquit minorem cu-ram habeas/ꝙ ego ipſam peperi.En queſi-ta diu.En ecce:indignationem autem ſigni ficat.Si reperire vocas:ac ſi diceret:hoc eſſe potius amittere/ꝙ̃ reperire.Quod rapta fe remus:hoc eſt quod ſit rapta equo animo to lerabimus/dummodo eam pluto nobis red dat.Neqꝫ em̄ predone marito.cauſa eſt cur

Predones

Proſerpina marito predone non ſit digna: quia filia tua eſt.Predones autem proprie dicuntur/qui in mari latrocinantur/qui a grecis Pyrate vocantur.Sed ſi modo nomi

Pyrate.

na rebus:ſed ſi inquit nomina vera impone re volumus rebus:ꝛ his factis:non iniuriaꝫ hoc/ſed amorem eſſe cognoſcemus. Diffini tiua autem vtitur conſtitutione ad raptum excuſandum. Pudori. dedecori .Pudor eſt enim timor iuſte vituperationis, Tu modo

Pudor q̃d

diua velis.illum nobis eſſe generum. Ut de-ſint cetera.vt demꝰ omnia alia Plutoni de-eſſe. Nec cedit niſi forte mihi.nec Pluto in-quit potentia a quoꝙ̃ ſuperatur/preterquā a me ſolo:qui mundi partem meliorem quā ipſe ſortitus ſum. Nam mihi celum/inferi illi in mundi diuiſione obtigerunt. Diſſidij. ſeparationis/ac repudij.Celū,aerem.Si nul

Aſcalaphꝰ in bubonē.

los contigit illic Ore cibos. hoc eſt ſi nihil apud inferos comedit. Qui enim ibi aliq̃d guſtaſſet:ei illinc redditus non datur. Cer-tum eſt.decretum eſt. Jeiunia ſoluerat; ali-quid comederat.Simplex rerum imperitia Puniceū pomū.malū grauatū.Curua arbo-re,depreſſa pomorū multitudine.Preſſerat

Herebus.

ore ſuo.comederat.Soluſqꝫ Aſcalaphꝰ vidit Aſchalaphꝰ/vt hoc loco narrat Oui. Ache rōtis ex Orphne nympha fuit filiꝰ;q̃ cū teſta

Phlegetō.

tus eēt Proſerpinā i Plutonis hortis ſeptē grana mali punici comediſſe;ab ip̄a idigna ta in Bubonē peſſimi ominis auē fuit cōmu tatꝰ.Auernales.ifernales.Furuis antris. ni gris ſpelūcis.Et idicio reditū crudelis ade-mit.delatiōe ſua Aſcalaphꝰ reditū Proſer-pine eripuit:nec illā ad ſuperos redire per-miſit.Regina Herebi.Proſerpina inferorū regina.Eſt enim Herebꝰ inferni ꝑs.Profa-num execrandum. Phlegetontide lympha Phlegethontis aqua. Eſt em̄ Phlegethon vnus ex iferorum fluuijs ἀπὸ τοῦ φλέγετε ιν hoc eſt ab ardendo cognominatus.For-ma autē patronymica pro poſſeſſiua eſt po-ſita.¶Ille ſibi ablatus.hoc eſt ſua figura ac forma ſpoliatus.¶Amicitur,veſtitur:coope rit.¶Inqꝫ caput creſcit.illi in caput creſce-re dicunt/quorū caputꝙ̃ reliqua mēbra grā dius

Tempeſtiua meis:cum tu curaqꝫ leuata/
Et vultus melioris eris:mihi peruia tellus
Prebet iter:ſubterqꝫ imas ablata cauernas
Hic caput attollo:deſuetaqꝫ ſydera cerno.
Ergo dum ſtygio ſub terris gurgite labor:
Uiſa tua eſt oculis illic Proſerpina noſtris.
Illa quidem triſtis:neqꝫ adhuc interrita vultu:
Sed regina tamen:ſed opaci maxima mundi:
Sed tamen inferni pollens matrona tyranni.
Mater ad auditas ſtupuit ceu ſaxea voces:
Attoniteqꝫ diu;ſimilis fuit:vtqꝫ dolore
Pulſa graui grauis eſt amentia:curribus auras
Exit in ethereas:ibi toto nubila vultu
Ante Jouem ſparſis ſtetit inuidioſa capillis.
Proqꝫ meo veni ſupplex tibi Juppiter inquit
Sanguine:proqꝫ tuo:ſi nulla eſt gratia matris
Nata patrem moueat:neu ſit tibi cura precamur
Uilior illius:quod noſtro eſt edita partu.
En queſita diu tandem mihi nata reperta eſt:
Si reperire vocas amittere certius:aut ſi
Scire vbi ſit reperire vocas.quod rapta feremus:
Dūmodo reddat eam:neqꝫ enim predone marito
Filia digna tua eſt:ſi iam mea filia non eſt.
Juppiter excepit:commune eſt pignus/onuſqꝫ
Nata mihi tecum:ſed ſi modo nomina rebus
Addere vera placet:non hoc iniuria factum/
Uerum amor eſt:neqꝫ erit nobis gener ille pudori.
Tu modo diua velis:vt deſint cetera:quantum eſt
Eſſe Jouis fratrem?quid ꝙ non cetera deſunt?
Nec cedit niſi ſorte mihi:ſed tanta cupido
Si tibi diſſidij eſt:repetet Proſerpina celum:
Lege tamen certa:ſi nullos contigit illic
Ore cibos:nam ſic Parcarum federe cautum eſt.
Dixerat.at Cereri certum eſt educere natam.
Non ita fata ſinunt:quoniam ieiunia virgo
Soluerat:ꝛ cultis dum ſimplex errat in hortis/
Puniceum curua decerpſerat arbore pomum:
Sumptaqꝫ pallenti ſeptem de cortice grana
Preſſerat ore ſuo: ſoluſqꝫ ex omnibus illud

¶Aſcalaphus in Bubonem.

Obſtitit Aſcalaphus rediture ad ſydera olympi
Perſephone:hoc Bubo fit quoqꝫ Perſephone.

Aſcalaphus vidit:quē quondam dicitur Orphne

Inter



dius efficitur.Longoſqꝫ reflectitur vngues.Synecdoche poetica. Si enim eſſet ſoluta oratio/lōgi vngues reflectuntur diceremus:.hoc eſt reflexi ꝛ adunci fiunt.Feda.turpis aſpectu.Ignauus bubo.vilis ac imbellis Bubo autem nomen eſt ficticium a voce auis ipſius dictum.

Bubo.

¶Fed.fit volucris ignauus funeſtꝰ ominoſus.de quo Ouidiꝰ in ep̄lis.Et cecinit meſtū deuia carmen auis Uer.iiij.Enei.Solaqꝫ culminibꝰ ferali carmine bubo Sepe queri ꝛ lōgas in fletum ducere voces. Plinius lib.x.Bubo funebris ꝛ maxime abominatus publicis ꝑcipue auſpicijs deſerta incolit:nec tm̄ deſolata:ſed

Guido.

Inter auernales haud ignotiſſima nymphas
Ex Acheronte ſuo furuis peperiſſe ſub antris
Uidit:et indicio reditum crudelis ademit.
Ingemuit regina Herebi:teſtemqꝫ profanum
Fecit auē: ſparſumqꝫ caput Phlegethōtide lympha
In roſtrum/et plumas/et grandia lumina vertit.
Ille ſibi ablatus fuluis amicitur in alis:
Inqꝫ caput creſcit:longoſqꝫ reflectitur vngues:
Uixqꝫ mouet natas per inertia brachia pennas:
Fedaqꝫ fit volucris venturi nuntia luctus
Ignauus bubo:dirum mortalibus omen.

¶Sirenes in aues.

¶Sirenes faciunt dei volucres:
Ut Proſerpina quereretur vndis.

¶Hic tamen indicio penam/linguaqꝫ videri
Commeruiſſe poteſt:vobis Acheloides vnde
Pluma/pedeſqꝫ auium/cum virginis ora geratis?
An quia cum legeret flores Proſerpina vernos:
In comitū numero mixte Sirenes eratis?
Quam poſtꝙ̃ toto fruſtra queſiſtis in orbe:
Protinus vt veſtram ſentirent equora curam:
Poſſe ſuper fluctus alarum inſiſtere remis
Optaſtis:facileſqꝫ deos habuiſtis:et artus
Uidiſtis veſtros ſubitis flaueſcere pennis.
Ne tamen ille canor mulcendas natus ad auras:
Tantaqꝫ dos oris lingue deperderet vſum:
Uirginei vultus/ꝛ vox humana remanſit.
¶At medius fratriſqꝫ ſui/meſteqꝫ ſororis
Juppiter ex equo voluētem diuidit annum.
Nunc dea regnorum numen cōmune duorum
Cum matre eſt totidem/totidem cū cōiuge menſes.

dira etiam ꝛ in acceſſu noctis monſtrū: nec cātu aliquo vocali:ſed gemitu.itaqꝫ i vrbibꝰ aut oīno in luce viſus dierum oſtentum eſt.

¶Fabule.vij.libri.v.argumentum.

Lactātius.

¶Hic tm̄ ꝛc.Sirenes Acheloi ꝛ Melpome-nes muſe filie/cū Proſerpinā raptā require rēt:neqꝫ eam vllo modo poſſent inuenire/ꝛ a deis nouiſſime ipetrauiſſent vt verſe in vo lucres nō tm̄ in terrā:ſꝫ etiā in mare req̃ſitā cōſequi poſſent:nouiſſime deuenerūt ad pe trā maris:q̃ iminebat ꝓxima pelago/hac ita fatū fuit: ꝙ̃diu eaꝝ vox audita nō eēt morta libꝰ:manerēt incolumes.Forte Ulyſſes moni tu Circes preteruectꝰ eſt:tū ſe ꝑcipitauerūt.

Raphael.

¶Hic tm̄ idicio.fabulā fabule(vt ſolet) ele gāter annectit poeta.Nā Sirenes tres fuiſ ſe dn̄r Acheloi fluuij ꝛ Calliopes muſe filie/

Sirenes i aues.

ac Proſerpine comites fidiſſime:quā q̃dē cū ꝛ ipſe ꝑ totū orbē terrarū q̃ſiſſent:nec vſꝙ̃ in terris eā reperirēt.Deos rogarunt: vt alate efficerent:quo cōmodiꝰ etiā in aquis proſer pinā inq̃rere poſſent.Quare ita in aues fue re cōuerſe:vt facies tm̄ virginea/voxꝙ̃ huma na illis remaneret.He iuxta fretū Siculū in ſulas Sirenuſas habitātes tā ſuauiter cane bāt:vt nautas illac trāſeūtes:aut ad ſe pelli cerēt:aut ſopitos ſpoliarent/atqꝫ ſubmerge rēt.Quare Ulyſſes illac trāſiturꝰ admonitꝰ a circe ꝛ ſocioꝝ aures cera obthurauit/et ſe ad triremis malum alligari iuſſit.Ille vero indi gnate ſe in mare precipitauerūt.Earū autēꝫ prima Parthenope/altera Leucoſia / tertia Ligia fugit appellata.Dn̄r aūt Sirenes πα ρὰ τὸ εἴρω q̃d eſt dico prepoſita s litera: vn̄ fallunt q̃ illas putāt latine tracto s dici: cū ꝑ ει diphthōgū grecā ſcribant:nō ꝑ υ: vt

Achelous.

ſcribit συρω:q̃d ſignificat traho. Acheloi-des.Acheloi filie:Achelous vero Calydonie fluuiꝰ eſt Oceani(vt in Theogōia ſcribit he ſiodus)ꝛ Tethyos filiꝰ Hic ꝑ Deianira cuꝫ Hercule acriter pugnās tādē fuit ſuperatus Achelous q̃dē(vt refert Macro.) apud pri-ſcos aqua dicebatur .vn̄ Uerg.lib. Georgi.j. Poculaqꝫ inuentis Acheloia miſcuit vuis. Cum virginis ora geratis?cū facieꝫ virginis habeatis.¶An q̄ cū legeret.an ꝑticula eſt

An.

interrogatiua/q̃ eleganter vtimur in ſoluen dis q̃ſtionibꝰ:ꝓ q̃ imperiti aut cōiūctioneꝫ reponūt.¶Protinꝰ vt veſtrā:hoc eſt vt dili-gēter i mari quoqꝫ poſſetis inq̃rere Proſer-pinā. Alarū remis.alarū remigio ꝛ agitatio ne.Faciles.benignos/vt pote q̃ vobis ea que optabatis:cōceſſerūt.Ne tm̄ ille canor. cām exponit:cur tote in aues nō fuerint cōmutate Sirenes:ſed virgineos vultꝰ retinuerint.Canor natus. facul-tas canēdi igenita/ꝛ a natura data.¶Ad mulcēdas aures.delectādas.Tātaqꝫ dos oris.ſi em̄ tote in aues fuiſſent mutate:tā ſuauiter cauere nūꝙ̃ potuiſſent.

¶Fabule.viij.v.lib.Argumentum.

¶At medius fratriſqꝫ ꝛc.Juppiter diuiſit annū:vt Proſerpina ꝑtim apd̄ virū:ꝑtim apd̄ matrē moraretur. ergo Ceres exigit ab Arethuſa:vt ſibi originē ſuā exponat Arethuſa Achaidū nymphaꝝ formoſiſſima cum ab Alpheo amne ꝑſeq̃ret/cuperetqꝫ ꝑſequentis ipetū effugere:inuocauit Dianā:cuiꝰ comes ꝛ vernula ſtu dij fuerat:vt laborāti iferret auxiliū:obiectaqꝫ ea nubi ne in conſpectū cupiētis poſſet venire:tellure rupta in inſulam Etnam admiſit per obſcurū iter:ꝛ in fontem cognominis ſui Ortygiam verſam ad ſuperos euo cauit:cuius liquore Alphei amnis infunditur.

Lact.

¶At mediꝰ fra.ſui. Juppiter inq̃t mediꝰ iter Plutonē fratrē ꝛ Cererē ſororē:ne eoꝝ alteri diſpliceret ex eq̃ annū diuiſit:vt ſex q̃dē mēſes Proſerpina cū matre:totidēqꝫ cū marito foret.Ex eq̃ diuidit:i duas eq̃les par tes diſtribuit.¶Duoꝝ regnoꝝ.ꝛ iferi ꝛ ſuperi.Quādiu em̄ eſt cū matre Proſerpina apd̄ ſuperos:quādiu cū Plutone apd̄ iferos regnare dr̄. Hoc aūt idcirco fingit ꝙ luna/q̃ eadē eſt cū Proſerpina tanto tꝑe in celo

Raphael.

*Nubes q̃n dicūtur vinci a ſole.* — *Arethuſe trāſformatio.* — *Fōtes oēs Nymphis ſacrī.* — *Saltus.* — *Stympha lus.* — *Uortex.* — *Poples.* — *Margo.* — *Alpheus.* — *Orchomenos.* — *Alias Siphidaqȝ.*

lucere: quāto ſub terra videtur latere. Uertitur. cōuertitur/ ac mutat̃. Facies. figura. Leta dee frons eſt. ⁊ Cereris ⁊ Proſerpine letā eſſe frontem accipere poſſumus. Ambe nāqȝ e meſtis: ac triſtib⁹ lete atqȝ hilares ſunt effecte. De Proſerpina tamē p̃cipue eſſe intelligendū: que ſubijcit ſimilitudo aperte oſtendit. Uictis e nubibus. ex diſſolutis nebulis atqȝ depulſis. Tūc em̄ nubes a ſole vinci dicūtur: cum reſoluūtur atqȝ expellunt̃. Exigit expoſcit. Secura. ſine cura ⁊ leta. Concinne aūt ingredit̃ poeta ad exponendā metamorphoſin Arethuſe nymphe in eiuſdem nominis fontē. Arethuſa nāqȝ (vt ipſa Cereris filie recuperatione lete rogatu narrat) nympha fuit venatrix/ Diane comes: q̄ eſtu defatigata/ depoſitis veſtib⁹ nuda in Alpheū fluuiorū lympidiſſimum cum deſcēdiſſet: forte in Alphei fluminis ipſi⁹ dei amorē incidit. Cū igitur Alpheus nudā eā pſequeret̃/ iamqȝ aſſecutur⁹ foret: Dianā ipſa rogauit: vt ſibi opē ferret. Diana v̊o eam curſu laſſam ita nube texit: vt Alpheus quidē ea potiri nō potuerit. Sȝ cum eā ob nimiū ſudorē in aquā eſſe conuerſam animaduertiſſet: ⁊ ipſe humana depoſita figura eam vſqȝ in Ortygiam inſulam Sicilie adiacētem per ſubterraneas cauernas eſt perſecutus. Sacer fons. oēs fontes nymphis ſacri eſſe dicuntur. Fluminis Elei. periphraſis eſt Alphei. In Achai. in Achaia. Legit. elegit aptas ad venandum ſyluas. Saltus. ſyluas: in quibus fere ſaliūt. Poſuit caſ. tetendit retia; per que ſignificat ſe venatricem fuiſſe. Formoſe no. ha. tamen eſt ſubaudiēdum. Iuuabat. delectabat. Quaqȝ ali. gau. fo. pulchritudinis inquit: qua alie nymphe ſolent gaudere me pudebat: alicuiqȝ placere crimen ac flagitium eſſe putabā. Stymphalide ſil. Stimphalus vrbs eſt Arcadie/ ⁊ planicies et fons: vnde Stymphalius poſſeſſiuum ⁊ Stymphalis deducūtur. Sine vorti. ſine aquarum vertigine. Uortex dicitur aqua in ſe contorta. Perſpicuas ad humū. claras ac lympidas vſqȝ ad harenā. Calculus. lapillus. Numerabilis erat. poterat numerari p̃pter aque pſpicuitatem. Poplite deinde tenus. hoc eſt vſqȝ ad genu. Eſt em̄ poples genu p̃s poſterior. Labēs. natās. Mille modis. varijs modis. Numer⁹ em̄ finitus p̄ infinito ſepe a poetꝭ ponit̃. Excuſſa: cōcuſſa. geſtū aūt exprimit natātiū qui ⁊ cōcutere/ et iactare brachia ſolēt. Propiori margi. p̄pinquiori ripa. Margo em̄ dr̄ vniuſcuiuſqȝ rei extremitas. Suis al. ab vn. Alphe⁹ fluui⁹ eſt Elidis: dict⁹ φαλφους. i. impetigines curet. Hic aūt fluui⁹ multa ſecū in mare flumina refert (vt Pauſa. narrat) mēoratu digna. Rauco ore. rauca voce. q̄le murmur ſolet eē fluētiū aq̃rū. Altera ve. cā eſt cur ſine veſtib⁹ fugeret. i altera nāqȝ ripa fuerāt relicte. Et q: nu. fui. hoc laſciui⁹: q̄ꝫ vt heroico carmini ꝯueniat dictū eē v̄r. Paratior. ad vi patiēdā. Premebat. vrgebat. Ut fugere acci. ſolēt ſubītelligatur: eſt em̄ hypozeugma. His aūt ſimilitudinibus et Arethuſe fugiētis: et Alphei perſequentis; celeritas declaratur. Uſqȝ ſub Orchomenū. Uaria enumerat loca ad que fugiens peruenit Arethuſa. Orchomenos autem vrbs eſt Beotie fonte muſis dicato nobiliſſima. Theſſalie quoqȝ eſt et mons et vrbs: ac etiam Arcadie/ et Ponti. ¶ Sophidaqȝ. Sic quidem corrupte in exemplaribus

Uertitur extemplo facies: ⁊ mentis/ ⁊ oris:
Nam mō que poterat Diti quoqȝ meſta videri/
Leta dee frons eſt: vt Sol/ qui tectus aquoſis
Nubibus ante fuit: victis e nubibus exit:
Exigit alma Ceres nata ſecura recepta.
Que tibi cauſa fuge: cur ſis Arethuſa ſacer fons:
Conticuere vnde: quarum dea ſuſtulit alto
Fonte caput: virideſqȝ manu ſiccata capillos
Fluminis Alphei veteres narrauit amores.

¶ Arethuſa in fontem.

Uim nuda Alphei fugiens Arethuſa procacis:
fons eſt facta tue Phebe ſororis ope.

Pars ego nympharum/ que ſunt in Achaide: dixit
Una fui: nec me ſtudioſius altera ſaltus
Legit: nec poſuit ſtudioſius altera caſſes.
Sed quamuis forme nunq̄ꝫ mihi fama petita eſt:
Quamuis fortis eram: formoſe nomē habebā.
Nec mea me facies nimium laudata iuuabat.
Quaqȝ alie gaudere ſolent: ego ruſtica dote
Corporis erubui: crimenqȝ placere putaui.
Laſſa reuertebar: memini Stymphalide ſilua.
Eſtus erat: magnuſqȝ labor geminauerat eſtum.
Inuenio ſine vortice aquas: ſine murmure euntes
Perſpicuas ad humum: per quas numerabilis alte
Calculus omnis erat: quas tu vix ire putares:
Cana ſalicta dabant: nutritaqȝ populus vnda
Sponte ſua natas ripis decliuibus vmbras.
Acceſſi: primumqȝ pedis veſtigia tinxi:
Poplite deinde tenus. neqȝ eo contenta recingor:
Molliaqȝ impono ſalici velamina curue:
Nudaqȝ mergor aquis: quas dum ferioqȝ: trahoqȝ:
Mille modis labens: excuſſaqȝ brachia iacto:
Neſcio quod medio ſenſi ſub gurgite murmur:
Territaqȝ inſiſto propiori margine fontis:
Quo properas Arethuſa: ſuis Alpheus ab vndis
Quo properas: iterum rauco mihi dixerat ore.
Sicut eram fugio ſine veſtibus: altera veſtes
Ripa meas habuit: tanto magis inſtat: et ardet.
Et quia nuda fui: ſum viſa paratior illi.
Sic ego currebam: ſic me ferus ille premebat:
Ut fugere accipitrem penna trepidante columbe:
Ut ſolet accipiter trepidas vrgere columbas.
Uſqȝ ſub Orchomenon/ Pſophidaqȝ/ Cyllenenqȝ:
Menalioſqȝ



*Pſophis.* — *St.* — *Deprehendi.* — *Armigeri.* — *Anne.* — *Uepres.* — *Delia.* — *Ortygia.* — *Lactātius.* — *Raphael.* — *Lyncus in feram.*

exēplaribus legitur. Pſophida nāqȝ ab Ouidio ſcriptum fuiſſe facile contenderim. Eſt enim Pſophis variarum vrbium nomen. Nam et Arcadie vrbs eſt. Pſophide a Licaonis: vel (vt alij volūt) Ericis filia denominata: ⁊ Arcananie: et Achaie: vnde Pſophidius deducitur. Eſt ⁊ Libye vrbs Pſophis: vnde Pſophites nomen patrium more gentis declinatur: arx quoqȝ Zacynthiorū Pſophis vocabatur: vt Pauſa. ait. Cyllenē aūt ⁊ Menalon: ⁊ Erimanthon Arcadie eſſe mōtes iā ſepi⁹ diximus. Elim v̊o eiuſdē Arcadie vrbē ab Eleo Tantali filio appellatam. Sol erat a tergo. exponit Arethuſa: q̄uo cognouerit ſibi Alpheū imminere ac propinquū eſſe. Sol inquit poſt terga erat: eoqȝ añ me vmbras iaciebat. ¶ Niſi ſi timor illa videbat. niſi forte: inq̄t: perterrita mihi eam vmbram videre videbar. Notandū aūt ſi cōiunctionē interdū cum niſi elegāter copulari: q̄ꝫuis ſenſui neceſſaria nō videatur. Uidebat. videre faciebat. timore nāqȝ oculi ſepenumero decipiuntur. Ingens anhelit⁹. maximus ſpiritus. Feſſa labore fuge. defatigata inquit fugiendi labore Dianā rogaui vt mihi opitularet̃. Deprēdimur. cōprehendimur. Deprehendi em̄ p̄prie dicunt̃ qui mali aliquid committentes inueniuntur. Armigere tue. proprie dixit: nā armigeri non oēs milites dicunt̃ (vt vulgus putat) ſed qui principibus arma gerūt: in pugnaqȝ ſubminiſtrāt. Ferre. ferendos. verbū em̄ pro participio poſitū eſt. Sic Uergil. Magnū dat ferre talentū. Me ſupiniecit. anaſtrophe: p̄poſitio em̄ que p̄poni dȝ poſtpoſita eſt. Luſtrat. circūit. me inq̄t nube coopertā Alphe⁹ q̄rēs circūit. Ignarus. vbi eſſem. Anne q̄ꝫ agne. an ⁊ ne interdū quidē a poetis copulant̃: ſed frequentius ſeparatim ponuntur. Qui vepre latens. occult⁹ in ſpinis. vepres nāqȝ ſpine dicūtur. Nō tñ abſcedit. Alpheus Seruat cuſtodit: Occupat obſeſ. pulchra phantaſia fingit poeta Arethuſam in aquam fuiſſe conuerſam. Qui em̄ plus equo ſudat: facile in aquam videtur reſolui. Sudor frigid⁹. ſudor qui ex nimio labore p̄uenit calidus eſſe ſolet: q̄ v̊o ex nimio timore: frigidus. In latices. in aquas. Poſito ore. depoſita figura: ac forma virili. Delia. Diana vna cū apolline i inſula Delo nata. Cecis cauernis. occultis terre foraminibus. Hoc aūt idcirco fingit̃: quia Alpheū per ſubterraneas vias (vt dixim⁹) ad Ortygiam vſqȝ inſulam/ vbi Arethuſa vocat̃ peruenire fuit obſeruatum. Aduehor Ortygiā. Ortygia et Delos dicitur: q̄ꝫ in ea primum Ortyges fuerint viſe: vt quibuſdā placet: ⁊ inſula Sicilie adiacēs. Quidam vero aiūt vtrāqȝ ab Ortygia oppido Etolie denominatā fuiſſe: q̄ꝫ illinc p̄fecti coloni vtrāqȝ tenuerint. Cognomine diue. Diane: nā ⁊ Delia ⁊ Ortygia ab eadem inſula Diana cognominatur.
¶ Fabule. ix. libri quinti Argumentum.
¶ Hac Arethuſa ⁊c. Triptolemus a Cerere fruges diuidēdas accepit per terras: currūqȝ draconib⁹ iunctū cū feciſſet: nouiſſime delat⁹ eſt in Scythiā: ⁊ a Lynco rege except⁹ hoſpitio/ cui cū expoſuiſſet q̄liter a dea eſſet honorat⁹/ inuidia honoris inſtinct⁹ dormiētē/ vt interficeret aggreſſus eſt. dea memor nūtij ſui: vt quem dignum habuerat diuini honoris cōſeruaret/ anteq̄ꝫ occideretur/ hoſpitem in lyncem feram conuertit.
¶ Hac Arethuſa ten⁹. hacten⁹ inq̄t arethuſa fuit locuta: Lynci āt Scythie regis metamorphoſin in lynca ferā elegāter cū ſupiore fabula cōnectit poeta. Ceres em̄ recepta filia. Arethuſaqȝ audita Athenas aduolauit: currūqȝ a draconib⁹ alatis vectū Triptolemo donauit: quo frumēti vſuȝ agriculturā mortales doceret. Is igit̃ cū ad Scythiam vſqȝ p̄ueniſſet: a Lynco Scytharū rege hoſpitio ſuſcept⁹: paulū abfuit q̄n interficeret̃. Nā Lync⁹ cū aduētus cauſum p̄cepiſſet: Triptolemi glorie inuidēs eū ſomno opp̄ſſuȝ aggreſſus eſt. Quare Ceres idignata Lyncū in lynca ferā ꝯmutauit. Hac aūt gloria Triptolemū Ceres affecit: q̄ꝫ (vt Pauſani. narrat) filie Celei Cererē ipſaȝ laſſam ⁊ triſtē: q̄ꝫ querēs filiā in puteū noie floridū: qui in Attica religionis gr̄a mōſtrabat̃: ceciderat: a

Menalioſqȝ ſinus: gelidumqȝ Erimanthon: ⁊ Elim
Currere ſuſtinui: nec me velocior ille:
Sed tolerare diu curſus ego viribus impar
Non poteram: longi patiens erat ille laboris.
Per tamen ⁊ campos/ ⁊ opertos arbore montes:
Saxa quoqȝ ⁊ rupes: ⁊ qua via nulla: cucurri.
Sol erat a tergo: vidi precedere longam
Ante pedes vmbram: niſi ſi timor illa videbat.
Sed certe ſonituqȝ pedum terrebat: ⁊ ingens
Crinales vittas afflabat anhelitus oris.
Feſſa labore fuge fer opem: deprendimur: inquam
Armigere Diana tue: cui ſepe dediſti
Ferre tuos arcus: incluſaqȝ tela pharetra.
Mota dea eſt: ſparſiſqȝ ferens e nubibus vnam
Me ſuperiniecit: luſtrat caligine tectam
Amnis: ⁊ ignarus circum caua nubila querit.
Biſqȝ locum quo me dea texerat: inſcius ambit.
Et bis Io Arethuſa: Io Arethuſa vocauit.
Quid mihi tunc animi miſere fuit: an ne q̄ꝫ agne
Siqua lupos audit circū ſtabula alta frementes:
Aut lepori: qui vepre latens hoſtilia cernit
Ora canum: nulloſqȝ audet dare corpore motus:
Non tamē abſcedit: neqȝ enim veſtigia cernit
Longius vlla pedum: ſeruat nubemqȝ: locumqȝ.
Occupat obſeſſos ſudor mihi frigidus artus:
Ceruleeqȝ cadunt toto de corpore gutte:
Quaqȝ pedem moui: manat locus: eqȝ capillis
Ros cadit: ⁊ citius q̄ꝫ nunc tibi fata renarro:
In latices mutor: ſed enim cognoſcit amatas
Amnis aquas: poſitoqȝ viri: quod ſumpſerat ore:
Uertitur in proprias/ vt ſe mihi miſceat: vndas.
Delia rupit humum: ceciſqȝ ego merſa cauernis
Aduehor Ortygiam: que me cognomine diue
Grata mihi ſuperas eduxit prima ſub auras.

¶ Hac Arethuſa ten⁹/ geminos dea fertilis angues
Curribus admonuit:freniſqʒ coercuit oꝛa:
Et medium celi/terreqʒ per aera vecta eſt:
Atqʒ leuem currum Tritonida miſit in vꝛbem
Triptolemo:partimqʒ rudi data ſemina iuſſit
Spargere humo:partiʒ poſt tempoꝛa longa recultc,
Jam ſuper Europen ſublimis/⁊ Aſida terram
Vectus erat iuuenis:Scythicaſqʒ aduertitur oꝛas.

Lyncus in feram.
Qui rex Lyncus eram/fecit pia Lynca Ceres me:
Quod volui ferro perdere Triptolemum.

Rex ibi Lyncus erat:regis ſubit ille penates.
Qua veniat:cauſamqʒ vie/nomenqʒ rogatus:
Et patriam.patria eſt clare mihi dixit/Athene:
Triptolemus nomen/veni nec puppe per vndas:
Nec pede per terras:patuit mihi peruius ether.
Dona fero Cereris:latos que ſparſa per agros
Frugiferas meſſes alimentaqʒ mitia reddant.
Barbarus inuidit:tantiqʒ vt muneris auctoꝛ
Ipſe ſit:hoſpitio recipit:ſomnoqʒ grauatum
Aggreditur ferro:conantem figere pectus
Lynca Ceres fecit:rurſuſqʒ per aera iuſſit
Mopſopium iuuenem ſacros agitare iugales.

¶ Pierides in picas.
Nomina Pieridum victricibus addita nymphis:
In picas quarum coꝛpoꝛa verſa nouem.

¶ Finierat doctos e nobis maxima cantus.
At nymphe viciſſe deas Helicona colentes
Concoꝛdi dixere ſono:conuicia victe
Cum facerent:quoniam dixi certamine vobis
Supplicium meruiſſe parum eſt:maledictaqʒ culpe
Additis:⁊ non eſt patientia libera nobis/
Ibimus in penas:⁊ qua vocat ira ſequemur.
Rident Anipedes:ſpernuntqʒ minantia verba:
Conateqʒ loqui:⁊ magno clamoꝛe proteruas
Intentare manus:pennas exire per vngues
Aſpexere ſuos:operiri ⁊ bꝛachia plumis.
Alteraqʒ alterius rigido concreſcere roſtro
Oꝛa videt:volucreſqʒ nouas accedere ſiluis.
Plangere dumqʒ volunt per bꝛachia mota leuate:
Aere pendebant nemoꝛum conuicia pice.
Nunc quoqʒ in alitibus facundia priſca remanſit:
Raucaqʒ garrulitas:ſtudiumqʒ immane loquendi.

Nili ſpecie tanq̄ Argiuaʒ mulierē ad matrē Meganirā deduxerūt:que quidem illi Triptolemum filium tradidit educandum. Ceres autem per noctem igne puerum fouebat vt ipſum efficeret immoꝛtalem. Sed mater excitata illum ex igne extraxit: ita dea voto fruſtrata:vt ſaltem hoc modo ipſum clariſſimum redderet/conceſſit illi currū ſuū/quo frumēti ſationē prim⁹ oīm moꝛtalib⁹ indicaret. Dea fertilis. Ceres dea fertilitatis. In vꝛbē Tritonida. periphꝛaſis eſt Athenarū:q̄ ab Athena:hoc eſt Pallade:q̄ ⁊ Tritonia:⁊ Tritonis dr̄:fuit cognoīata. Triptolemo. Triptolem⁹ fili⁹ fuit Celei ⁊ Meganire. vel (vt q̄dā aiūt) Menalines. vel (vt alij) Deiopes:q̄
Scythe ſr Tartari.
(vt Trogus ſcribit) primus omnium in Attica ſerendi frumēti rationē mōſtrauit. Itaqʒ locus fabule datus:quam in. iiij. faſtoꝛū pleniſſime exequitur poeta. Rudi humo. inculte terre. Et Aſida terram. Aſiam. Scythicas
Lynx fera.
oꝛas. ad ſeptentrionem. Scythe namqʒ populi ſunt ad ſeptentrionem : quos vulgus Tartaros vocat. Qua veniat per que loca:⁊ quomodo. Peruius ether. penetrabilis aer. Dona Cereris. periphꝛaſis eſt frumēti. Barbarus inuidit. quia Barbarus inuidia motus. eſt. Ferro. enſe per metonymiam. Ferrum eñ ex quo conficit̄ enſis:pꝛo ipſo ponit̄ enſe.
Mopſopia.
Figere. trāſfigere. Lynca. accuſatiuus eſt grecus. Lynx autem fera eſt maculoſa Baccho dicata. Mopſopium iuuenem. Atheniēſem. Attica enim etiam Mopſopia a Mopſopo
Cranai.
rege fuit appellata. Nam (vt Stra. refert) Athenarum vꝛbis varia nomina fuerūt: nā ab Acteone Acticam. ab Attide Cranai filia Attidem ⁊ Atticam/a quo et inquilini Cra-
Vꝛbis Athenarū varia nomina.
naivocant̄. Mopſopiā a Mopſopo. Ioniā a filio Xuthi Ione. Poſidoniā/ſiue Neptuniā a Poſidōe: ſiue Neptuno Athenas ab Athena.i. Minerua denoiatas fuiſſe aiunt. Sacros iugales. dꝛacones eidē iugo ſubiectos.
¶ Fabule. x. quinti libri Argumentum.
Lactātius.
¶ Finierat doctos. ⁊c. Pieri/qui Macedoniam poſſedit/⁊ Anipes nouem filie inſolentius dum gloriarētur:Muſas in certamina pꝛuocarūt:cātuſqʒ:quarū vna carmē exoꝛſa eſt:ꝙ gigātes aduerſus deos cōtēderint: ex quib⁹ Tiphoeus terrigena defoꝛmitate terruiſſet deos cōpulſos i Egyptū:vbi Jupiter ob metū in arietē v̄ſus eſt. Apollo in coꝛuū: Liber in capꝛā: Diana in felē: Juno i vaccā: Ven⁹ in piſcē. inuicē aūt muſe cū cereris laudē ceciniſſent: ⁊ qualiter Typhoeus Etne monti Sicilie ſubiectus eſſet. Pierides victe in picas ſunt tranſfigurate.
Raphael.
☞ Finierat doc. Pieri filie nymphaꝝ ſnīa a Calliope Muſaꝝ p̄ſtātiſſima ſup̄ate ceperūt ⁊ nymphas ⁊ Muſas ip̄as ꝯuicijs īſectari: quā rē q̄dē egre ferētes Muſe:eas i picas cō
Pierides i picas.
uerterūt:q̄ igenitā retinuiſſe vident̄ loquacitatē. Deas Helicona colētes. Muſas Heliconē habitātes. Cōcoꝛdi ſono. vna oīm ſnīa. Maledicta. ꝯuitia:ꝯtumelias. Et nō ē patientia libera nobis. hoc ē q̄m has ꝯtumelias pati nō poſſum⁹. Ibim⁹ i penas. vos penis ac ſupplicijs afficiem⁹. Ridēt Anipedes anipes filie:patronymica nāqʒ ē foꝛmat legit̄ ēt Peonides. Spernūt. ꝯtēnūt. Intētare. in nos frequēter intēdere/q̄d minātes facere ſolēt. Cōcreſcere. coaleſcere. Accedere. adijci: adiūgi.
Plāgere dūqʒ volūt. dū inq̄t pectoꝛa ſua manib⁹ plāgere vellēt/i aera leuate pēdere cepert̄. Nemoꝝ ꝯuicia. q̄ in nemoꝛib⁹ ꝯuicia iactare nō deſiſtūt. Facūdia p̄ſca. loq̄citas p̄ſtina. Studiūqʒ immane. maxia cupiditas.

¶ Fabule



¶ Fabule prime ſexti libri argumentum.
Lac tāti⁹.
¶ Pꝛebuerat ⁊c. Arachne Lydia Idmonis filia/cuius mater genita Hippellis ſtudio lanificij famaʒ queſierat/cū materna induſtria cūctas pꝛeceſſiſſet in opere faciēdo:iſtis dieb⁹ inſolētius gloꝛiata ꝙ moꝛtalem decuit/elocuta ē. Nā Mineruā a q̄ docta fuerat ad certamē pꝛuocauit. Que in anū verſa in hoc ad eā venerat: vt audacie impetum otio futurum compeſceret. Quam cum vidiſſet in certamine permanentem reuerſa in ſuam ſpeciem opere pꝛopoſito in certamen deſcendit:et ſingula que ſequuntur/in ſeruerunt tele. Tandem pꝛius Minerua/dehinc Arachne. Sūt enim quedā neceſſaria poſita inter verſus/q̄ repꝛeſentāt op⁹ vtrūqʒ.
¶ Raphaelis Regij in ſextū Metamoꝛphoſeos Ouidij librum Enarrationes.
Raphael. Tritonia.
Pꝛebuerat dictis ⁊c. Certamina muſarū cū Pieri filiabus cū Pallas audiſſet:foꝛte ei in mētē venit:qua pena et ipſa Arachnē Lydiā puellā:que ſe Pallade ipſa lanificij peritioꝛē eſſe contēdebat afficere deberet. Sic aūt ⁊ librū libꝛo:⁊ fabulā fabule elegāter poeta cōnectit. Tritonia. Pallas a Tritonide palude Libye:vbi pꝛimū in virginali habitu apparuit (vt Herodo. in. iiij. narrat) Tritonia fuit cognominata. Vñ aiūt Palladem Neptuni ⁊ Tritonidis Palladis fuiſſe filiam:eā aūt neſcio quid a patre repꝛehēſ am donaſſe ſe Joui/ ac Jouē ſibi illam filiā aſciuiſſe.

¶ Publij Ouidij Naſonis Metamoꝛphoſeos Liber Sextus.



Pꝛebuerat dictis Tritonia talib⁹ aures:
Carmiaqʒ Aonidū/iuſtāqʒ pꝛobauerat irā
Tū ſecū/laudare parū eſt:laudent̄ ⁊ ipſe:
Numina nec ſperni ſine pena nr̄a ſinam⁹:
Meonieqʒ animum fatis intendit Arachnes.

¶ Arachne.
¶ Quanta cithoꝛiaco fuerit mihi pectine virtus/
Dum licuit:minimum monſtro ego facta animal.

Quam ſibi lanifice non cedere laudibus artis
Audierat:non illa loco/nec oꝛigine gentis
Clara: ſed arte fuit. pater huic Colophonius Idmō
Phocaico bibulas tingebat murice lanas.
Occiderat mater:ſed ⁊ hec de plebe/ſuoqʒ
Equa viro fuerat:Lydias tamen illa per vꝛbes
Queſierat ſtudio nomen memoꝛabile:quamuis
Oꝛta domo parua paruis habitabat Hypepis:
Huius vt aſpicerent opus admirabile/ſepe
Deſeruere ſui nymphe vineta Tymoli.
Deſeruere ſuas nymphe Pactolides vndas:
Nec factas ſolum veſtes ſpectare iuuabat:
Tunc quoqʒ cum fierent:tantus decoꝛ affuit arti.
Siue rudem pꝛimos lanam glomerabat in oꝛbes:
Seu digitis ſubigebat opus:repetitaqʒ longo
Vellera mollibat nebulas equantia tractu:

Triton:
Steſichoꝛ⁹ autē pꝛim⁹ aſſeruit Palladē armatam ex capite Jouis pꝛoſiluiſſe: eoqʒ Tritoniā appellatā:ꝙ τριτω caput vocat̄. Sane Tritō palus eſt ⁊ fluui⁹ Beotie ⁊ Libye:apꝺ quarū alterū Pallas videt̄ nata:vt ſcribit argonauticon enarratoꝛ. Vñ ⁊ Tritonia/⁊ Tritogenia vocat̄:ꝙuis quidā ἀπὸ τοῦ τρεῖν hoc eſt a terēdo: ꝙ aduerſarijs terroꝛē incutiat: Tritoniā declinari putēt:vel ꝙ τρίτη. i. tertia poſt Apollinē ⁊ Dianā genita ſit:vel ꝙ τριταια. i. tertia die mēſis apparet. Eadem eñ cū luna putat̄. Tertiā vero mēſis diē τριτομηνίδα vocabāt: qua quidē die Pallas nata eſſe videt̄. Unde et feſt⁹ is dies: vt ipſi⁹ natalis agebatur Athenis:queadmodū Rome quinquatria. Aonidū. muſarū. Pꝛobauerat. laudauerat. Tuʒ ſecū. dixit aut locuta eſt ſubaudiatur. Laudare parū eſt. non ſatis eſt inquit alios laudare/niſi et nos laudemur.
Arachnes cum Palla de certamē
Meonie. Lydie a Meone rege. Arachnes. Arachne Lydia fuit puella Idmonis Colophonij filia lanificij peritiſſima : que cum ſe Palladi anteferret:eamqʒ in certamē pꝛouocare auſa eſſet/ab ipſa quidē in vetulam conuerſa admonetur:vt ab icepto deſiſtat:ac temeritatis ſue veniam a dea ſuppliciter petat. Ceterū Arachne ea admonitione inſolētioꝛ facta nullo pacto Minerue cedere animum induxit. Quare dea indignata depoſita vetule foꝛma:et in certamē deſcēdit/ et Arachnē ſuperatā in araneā cōmutauit:q̄ pꝛiſtine artis nō immemoꝛ tenuiſſimas telas nunq̄ cōtexere deſiſtit. Hoc vero in deſcribēdo certamine poeta multas exponit trāſfoꝛmatiōes. Nā vtraqʒ telā/quā conficit/varijs imaginibus diſtinguit/quas aperte poeta deſcribit.
Colophō. Murex.
Lanifice ar. lanificij. Colophoni⁹ Idmon: Colophon Lydie vꝛbs ē Apollinis oꝛaculo clara. Phocai. mu. Phocaica purpura. Eſt eñ murex piſcis / ex cuius ſanguine purpureus cōficitur coloꝛ.
Phocea.
Phocea aūt ⁊ Ionie et Carie vꝛbs eſt a Phocis que Ionice conditoꝛes ſecute dicūtur/appellata:vnde ſoluta diphthōgo Phocaicus declinatur. Equa. par ⁊ equalis. Paruis Hy. Hypepa Lydie vꝛbs eſt mō
Hypepa.
ti adiacēs. Unde etiā nomē fuit inditū: quaſi ὑπὸ αἰπύος hoc eſt ſub cacumine ⁊ vertice: ea dono veneris pulcherrimas mulieres
Tymolus. Tmolus.
dicitur ferre. Tymoli. Tymolus:q̄ et Tmolus dicitur/mōs eſt Lydie vitib⁹ cōſitus. Pacto
Pactolides.
lides. Pactoli Lydie fluuij harenis aureis clariſſimi filie. Tunc quoqʒ cum fie. Sed eſt ſubaudiendum/vt intelligamus. Sed tunc quoqʒ cum fierent ſpectare iuuabant. Tantus decoꝛ affuit arti. Tantus decoꝛ. acclamatio eſt admirationem artis ſignificās. Subigebat: domabat. Mollibat. mollia reddebat. Lōgo tractu. lōga pꝛoductione. Lane eñ

Siue leui teretem verſabat pollice fuſum:
Seu pingebat acu:ſcires a Pallade doctam.
Quod tamen ipſa negat:tantaq̃ offenſa magiſtra
Certet ait mecum.nihil eſt quod victa recuſem.

¶ Pallas in vetulam.

¶ Conſilium ne ſperne dee:tibi faſtus Arachne eſt:
Non anus hec:falſa eſt:Pallas et ipſa dea eſt.

Pallas anum ſimulat:falſoſq̃ in tempore canos
Addit:et infirmos baculo quoq̃ ſuſtinet artus.
Tunc ſic orſa loqui.Non omnia grandior etas
Que fugiamus habet:ſeris venit vſus ab annis.
Conſilium ne ſperne meum:tibi fama petatur
Inter mortales faciende maxima tele.
Cede dee:veniamq̃ tuis temeraria dictis
Supplice voce roga:veniam dabit illa roganti.
Aſpicit hanc toruis/inceptaq̃ fila reliquit:
Vixq̃ manus retinens:confeſſaq̃ vultibus iram:
Talibus obſcuram reſecuta eſt Pallada dictis.
Mentis inops/longaq̃ venis confecta ſenecta:
Et nimium vixiſſe diu nocet.audiat iſtas/
Siqua tibi nurus eſt:ſi qua eſt tibi filia/voces.
Conſilij ſatis eſt in me mihi:neve mouendo
Profeciſſe putes:eadem eſt ſententia nobis.
Cur non ipſa venit:cur hec certamina vitat:
Tunc dea.venit/ait:formamq̃ remouit anilem:
Palladaq̃ exhibuit:venerantur numina nymphe:
Mygdonideſq̃ nurus:ſola eſt interrita virgo:
Sed tamen erubuit:ſubituſq̃ inuita notauit
Ora rubor:rurſuſq̃ euanuit:vt ſolet aer
Purpureus fieri:cum primum Aurora mouetur:
Et breue poſt tempus candeſcere Solis ab ortu.
Perſtat in incepto:ſtolideq̃ cupidine palme
In ſua fata ruit:neq̃ enim Ioue nata recuſat:
Nec monet vlterius:nec iam certamina differt.
Haud mora.conſiſtunt diuerſis partibus ambe:
Et gracili geminas intendunt ſtamine telas.
Tela iugo iuncta eſt.ſtamen ſecernit harundo:
Inſeritur medium radijs ſubtegmen acutis:
Quod digiti expediunt:atq̃ inter ſtamina ductum
Percuſſo feriunt inſecti pectine dentes.
Vtraq̃ feſtinat:cincteq̃ ad pectora veſtes:
Brachia docta mouent ſtudio fallente laborem.
Illic et Tyrium que purpura ſenſit ahenum

Texitur:

ſile ſic ꝓtrahebant:vt nebule videri poſſent. Seu verſabat.voluebat:hoc eſt filabat. Scires.ſcire poſſes. Offenſa indignata. Tanta magiſtra.quanta eſt pallas. Nihil eſt qđ victa recuſem.nulla eſt inquit pena:quam ego victa recuſare velim. Pallas anum ſimulat. Minerue in vetulam metamorphoſis aperte deſcribitur. Falſos.ſimulatos. Infirmos ar.membra:que infirma eſſe fingebat. Grandior etas.ſenectutis eſt periphraſis. Vſus.peritia rerum. Recte autem ſenilem commẽdat etatem:vt maior ſibi fides adhibeatur. Cede dee.ne contendas cum dea. Vixq̃ ma.re.a verberanda dea ſubintelligatur. Confeſſa iram.pre ſe ferens et oſtendẽs indignationem. Vultibus:vultus mutationibus. Obſcuram Pallada:ſub figura anus latentem. Reſecuta eſt:proſecuta eſt:ac reſpondit. Mentis inops:ſtolida ac demens. Confecta:exhauſta:euacuata omnibus et animi et corporis viribus. Et vixiſ.diu no.eã ſignificat delirare. Palladaq̃ exhi.pre ſe tulit ac oſtendit ſe Palladem eſſe. Migdonideſq̃ nu. Mygdonia Macedonie pars eſt ⁊ phrygie a Mygdõe cognominata:e Phrygia vero multe cõuenerant mulieres vt Arachnes opera ſpectarẽt:q̃ oẽs preter vnã Arachnem venerate ſunt Deã. Inuita ora.hypallage eſt nã ipſius inuite ora intelligũtur:nolebat em̃ Arachne pudẽs videri. Euanuit:repente et ſubito abijt. Cũ primum aurora mouetur:q̃ſi primũ Aurora incipit oriri. Cãdeſcere:cãdidꝰ fieri. Perſtat in incep.pſeuerat in incepta ptinacia.vt cũ Pallade cõtendat. Stolide pal.ipſa ſtolida.eſt em̃ hypallage. In ſua fa.in finẽ ſibi fatorũ lege ſtatutũ. Intẽdũt.dirigũt:odiũtur. Gracili ſta.tenui:ſubtili. Tela iugo iuncta eſt.mirandã vtriuſq̃ oſtendit celeritatẽ. Iugũ autẽ dicitur lignum illud cui ſtamina appenduntur ⁊ alligantur. Secernit:diuidit:diſtinguit. Subteg.id eſt qđ ſtamini inſerit̃ qđ etiã trama vocatur. Radijs acu.inſtrumẽtũ eſt:quo textores ſubtegmen inſerũt ſtamini. Eleganter autẽ oia deſcribit poeta:quecũq̃ in cõficiẽda tela fieri ſolent. Expediunt:aptãt:accommodant. Atq̃ inter ſta.du.periphraſis eſt ſubtegminis. Id enim dẽtibus pectinis inculcat̃. Eſt autem pecten textoriũ inſtrumẽtũ notius q̃ vt ſit deſcribendum. Cincteq̃ ad pe.ve.morẽ textricum exprimit/ad pectus enim vſq̃ veſtes ſubducunt. Studio:vincẽdi cupiditate. Illic ⁊ Ty.purpura inquit Tyria nobiliſſima intexitur. Nã Tyrus Phenicie inſula eſt a Tyro Phenicis filio appellata:vbi olim precioſiſſima purpura fiebat. Et te.vm.ex varijs coloribus vmbre cõficiũtur:quo imagines extare videantur:qđ in pingendo difficillimũ eſſe putatur. Ab imbre poſt pluuiã.hac aũt ſimilitudine oſtẽditur q̃ varijs tele ille coloribus diſtincte forẽt. Solibus:ſolis radijs. Arcus.Iris. Longam aeris partẽ. Trãſitꝰ.vnius inquit coloris ad alium tranſitus oculos decipit:quia cum ſint diuerſi:ijdem tamen eſſe videntur. Vſq̃ adeo qđ tangit idẽ eſt. intm̃ inquit is qui alij cõiũgit̃ color ſimilis ei eſt:vt idẽ eſſe videatur:cũ tamen diſtet et differat. Eſt autẽ acclamatio artificis cõtinẽs admirationẽ. Lẽtũ au.flexibile. Vetus ar.antiqua fabula. Deducitur:effingit̃.ꝓprie aũt deduci et fila et carmina dicũtur:et quicquid in lõgũ protrahitur. Certamen minerue ſub vno capite.

Pallas in anum. · Mygdonia. · Iugum. · Subtegmẽ. · Trama. · Radius. · Pecten. · Tyrus. · Alias fretum. · Haſta. · Deduci.

¶ fabule



¶ Fabule prime certaminis Minerue Argumentum.

¶ Cecropia Pallas ⁊c. Minerua incipit:itaq̃ tele ſue intexuit cõtentionẽ Athenarũ inter ſe Neptunũq̃ habitam:qui lacu falſo in arce edito ſuam poſſeſſionem vẽdicabat:ipſa oliua a ſe arbore inuenta. ¶ Cecropia arce:Athenienſi/a Cecrope Athenarũ rege. ¶ Scopulũ mauortis:Ariopagum dicit:q̃ Martis villa interp̃tatur ἄρειος nãq̃ Martius πάγος villa dr̃. Eſt aũt Athenis ꝓmõtoriũ idcirco a Marte cognoiatũ:q̃ Halirthothium Neptuni filiũ eo in loco interfecit ꝓpter Alcippen eius filiam:vt Philochorus ſcribit in ſcđo de Attica libro. Telã antẽ Palladis ꝓmũ deſcribit poeta:i cuiꝰ initio ⁊ Ariopagꝰ erat depictꝰ:⁊ Dij iudices erãt effecti:q̃ ſentẽtijs deciderẽt:vtrũ Pallas/an Neptunus vrbi illic condite nomẽ imponere deberet. De hoc em̃ contẽdebant. Dij aũt ſic ſtatuerũt:vt qui rẽ humano generi cõmodiorem inueniſſet/is vrbi nomẽ imponeret. Cũ igitur Neptunꝰ tridẽte ꝑcuſſiſſet terrã/equus exiliuit. Pallas ṽo haſte cuſpide terra ꝑcuſſa/oliuam in lucẽ eduxit:que mortalibus commodior indicata Palladem victricem effecit.

Lactantiꝰ. · Raphael. · Ariopagꝰ. · Palladis tela.

Texitur:et tenues parui diſcriminis vmbre:
Qualis ab imbre ſolet percuſſus ſolibus arcus
Inficere ingenti longum curuamine celum:
In quo diuerſi niteant cum mille colores:
Tranſitus ipſe tamen ſpectantia lumina fallit:
Vſq̃ adeo quod tangit idem eſt:tñ vltima diſtant.
Illic et lentum filis immittitur aurum:
Et vetus in tela deducitur argumentum.
¶ Cecropia Pallas ſcopulum Mauortis in arce
Pingit:et antiquam de terre nomine litem.
Bis ſex celeſtes medio Ioue ſedibus altis
Auguſta grauitate ſedent:ſua quemq̃ Deorum
Inſcribit facies. Iouis eſt regalis imago.
Stare deum pelagi/longoq̃ ferire tridente
Aſpera ſaxa facit:medioq̃ e vulnere ſaxi
Exiluiſſe ferum:quo pignore vindicet vrbem.
At ſibi dat clypeum:dat acute cuſpidis haſtam:
Dat galeam capiti:defenditur egide pectus:
Percuſſamq̃ ſua ſimulat de cuſpide terram
Edere cum baccis fetum canentis oliue.

¶ Carmẽ ex duodecimo Thebaidos hmõi. Ipſe quoq̃ in pugnas vacuat̃ collis:vbi ingẽs Lis ſuperũ/dubijs donec noua ſurgeret arbor Rupibus:⁊ longa refugũ mare frangeret vmbra.

Ioãnes baptiſta piꝰ. · Minerue cũ neptuno đ Athenarũ noie cõtentio.

¶ Cetera q̃dẽ in hiſce carminibꝰ faciliora:ſ; q̃d ſibi voluerit:cũ dixit refugũ mare frãgeret vmbra hic ṽo Gordiano nodo nodꝰ implicatior:q̃ vt nõ tã violẽte diſcindat̃ q̃ facile diſſoluat̃:abſtruſior multo:q̃ vt opificum iſte vulgꝰ norit/recitanda fabula:vt poſthac Seruio nõ vſq̃q̃ credẽdũ ſciãt ij/q̃bus p̃ter ſeruij cõmẽtarios:nil aliđ pene legiſſe cõtigit. huiꝰ aũt fabelle textũ varro ſic ſtruit. Enata ſorte in Athenarũ arce oliua arbore:ſ; ⁊ aquarũ ſcaturigine mox emanãte/Cecropẽ ꝑ id tp̃is regẽ aio ad hec ꝓdigia obnoxio:ſane q̃ territũ:⁊ ne futurarũ forte calamitatũ hec portẽta forẽt p̃nũcia:ſcitatum apollinis oraculũ miſſos certos hoies:q̃ et oſtẽti cãm ꝑquirerẽt:⁊ auerrũcãde deo᷑ ire:ſi q̃d illo minitarẽtur oſtẽto:rõnẽ diſcerent. Legatis ṽo poſt ſciſcitationem rñdiſſe Pythiã:iuſſiſſeq̃ iteri; bono vt eiſſent aio:neq̃ em̃ oſtẽtũ ad calamitatẽ aliquã ſignificãdã factũ:ſ; deo᷑ duo᷑ cõtẽtiõe certãtiũ inter ſe vter eorũ Athenis imponẽdi nois autor eſſe debeat. Per Oleã em̃ Mineruã:ꝑ vndã Neptunũ ſignificari. Quare itegrũ iã nũc Athenienſibꝰ eẽ:vtriꝰ dei noie ciuitatẽ appellãdã vellẽt:decernere. His a legatis Cecropi redditis:tũc ṽo ab illo mares ⁊ feminas(nã tũ tp̃is ⁊ mulieres publicis ꝯſultatiõibus intererãt)ad ferẽda ſuꝑ hac re ſuffragia conuocatos. Maribꝰ igit̃ ꝓ Neptuno:feminis ꝓ minerua in ſuffragia eũtibꝰ:viciſſe feminas vna plures:⁊ vt fere ſemp vſu venire aduertimꝰ:vicit meliorẽ partẽ numeroſior. Hoc facto Neptunũ idignatũ tãtã aquarũ effudiſſe vim:vt Athenienſiũ terrã oẽm vna maris occuparet facies:ac vt exp̃ſſiꝰ dicã:oia põtꝰ eſſet. Quẽ vt placarent triplici ſupplicio victrices pauloãte mulieres affectas:vt ne q̃s Athenias eas vocaret:vt nullus naſcẽtium materno cẽſeret̃ noie:ne ve illarũ poſthac vlla ferret ſuffragia. Quare ſcite admodũ ⁊ elegãter hãc innuẽs fabellã Papiniꝰ:frãgeret.i.vinceret:refugũ mare.i.victũ Neptunũ:qui erũpere aquã iuſſerat:lõga vmbra:hoc eſt Oliua victrice:quã victrix excitarat Pallas/dixit. Neq̃ em̃ Seruio eruditiſſimo aſſentiat grãmatico:qui Georgico libro primo ait:hac in cõtẽtiõe Equũ a Neptuno:dũ terrã ꝑcuſſiſſet:excitatũ:qđ nuſq̃ ſit (q̃tũ meminiſſe valeã)legere. Neq̃ em̃ in hac Equũ ꝯtẽtiõe:ſ; in terra Thracia cũ ſcopulũ ꝑcuſſiſſet:quẽ primã tellurẽ a Vergilio nũcupatam crediderim:enatũ equũ ſcriptũ inuenimus. Quare fallunt̃ illi(vt opinor)q̃ de Attice terre vetuſtate hac in parte ſenſiſſe vatẽ eminẽtiſſimũ ſuſpicati ſunt. Qđ ſi Naſonis ex Metamorphoſeos ſexto q̃s in me carmẽ citet:citet is q̃ incorruptũ exẽplar inciderit. Sic em̃ carmẽ illud omnes hactenꝰ ⁊ legerũt/⁊ interpretati ſunt. Medioq̃ e vulnere ſaxi Exiluiſſe ferũ:cũ fretũ legẽdũ ſit. Quod ab eo ſaltẽ ꝓſa oratione fabulas cõplexus eſt:didiciſſe potuerãt. Qui ſiue is Donatꝰ:ſiue quiuis aliꝰ fretũ apud Ouidiũ nõ ferũ legit:cũ ad hũc modũ ille. Itaq̃ tele ſue intexuit cõtẽtionẽ Athenarũ:inter ſe Neptunũq̃ habitã:qui lacu falſo in arce edito:ſuã poſſeſſionẽ vẽdicabat. Hec ille. Quibꝰ verbis dat̃ intelligi q̃ fretum nõ ferũ legerit. Neq̃ em̃ tã vecordẽ illũ fore veriſimile ſit:vt ab Ouidio diſſentiret:quẽ pre manibꝰ tũc haberet. Sed ⁊ autor is qui de agricultura multa collegit:falſam aquam in hac contentione:non equum excitatum tradit. Hec Baptiſta Pius.

¶ Auguſta graui.ſacra maieſtate. Auguſtũ em̃ dr̃ augurio ꝯſecratũ. Sua quẽq̃ deo᷑ Inſcribit facies.hoc eſt vnuſq̃ſq̃ deo᷑ ꝓpria effingit̃ figura. Stare deũ Pelagi. Neptunũ inq̃t ſtãtẽ pingit. Ferũ equum. Vindicet:ſuã ac ꝓpriã eſſe affirmet. ¶ At ſibi dat clypeũ. Pallas ita ſeipſã in tela effingit:vt ⁊ clypeo ⁊ egide ⁊ haſta ⁊ galea armata videat̃. Sic em̃ Minerue ſimulachrũ Athenis erat effigiatũ:vt Pauſanias ſcribit. Egide. Egis munimentũ eſt pectoris Minerue cũ capite Meduſe:quo in bello potiſſimum vtitur. ¶ Edere.emittere. Cũ baccis:bacce fructꝰ ꝓprie dñr oliue ⁊ ſimiliũ arbo᷑:q̃ ⁊ exigui ſunt ⁊ rari:ac a ſeinuicẽ ſeparati naſcunt̃. Canẽtis.q̃ cana/ac ſubalba videtur. Eã autẽ oliuam/q̃ ex ictu haſte Palladi victoriã

Seruij lapſus. · Ouidij locus. · Egis. · Raphael. · Bacce.

peperit arſiſſe aiunt(vt Pauſanias narrat)cũ Medorũ incẽdio Athene cõflagrarũt:exuſtãqꝫ eodẽ die in duorum cubitoꝝ ꝓceritatẽ germinaſſe. Nam ſupra quatuor cubitoꝝ amplitudinme Athenis effingebatur.

Olina minerue.

¶ Operis victoria finis. in fine inq̄t tele victoriam ſuã Pallas effinxit. Eſt autem verbũq̄ꝺ eleganter ſepenumero pretermittitur: eſt ſubaudiendum. ¶ Ut tamen exemplis. Quis inquit victoria Palladis operi finẽ impoſuerit: adiecit tũ in q̄tuor tele angulis exẽpla quorũdaꝫ in deos impiorum: ex quibꝰ facile cognoſcere poſſet Arachne/quã penam ⁊ ipſa expectare deberet. ¶ Quod pretium. quã penam. Speret. expectare debeat. Pro tam furialibus auſis: ꝓ tã furioſa temeritate. Breuibꝰ ſigillis: paruis ſignis.

¶ Fabule. ij. Argumentum.

Lactantiꝰ.

¶ Threiciam ⁊c. Itẽ Rhodopen Threiciaꝫ ⁊ Hemum: qui pari inſania ⁊ amore cõiugij Iouis ac Iunonis abuſi erant nominibus: transfigurati ſunt.

Raphael.

☞ Threiciaꝫ Rhodopen. Hemus (vt hinc colligere poſſumꝰ) rex fuit thracie potẽtiſſimus: q̄ Rhodopen Strymõis fluuij filiaꝫ ex qua Neptunꝰ iã Athogigãtẽ ſuſtulerat/duxit vxorẽ/q̄ in tantã arrogantiã elati ſunt: vt Hemus ſe eſſe Iouẽ: Rhodope ꝟo Iunonẽ ꝑdicarent: ac vt Deos ſe adorari iuberẽt: q̄ inſolẽtia Iuppiter indignatꝰ in mõtes eos cõmutauit. Rhodope (aũt vt Stephanꝰ ſcribit) etiã Ionie vrbs eſt: vnde Rhodopeus ⁊ Rhodopeius deriuatur. ¶ Summoꝝ deoꝝ. Iouis ⁊ Iunonis.

Rhodope ⁊ hemꝰ in montes.

¶ Fabule tertie Argumentum.

¶ Altera ⁊c. Pigmea caſu ab Iunone in gruem verſa eſt.

Lactantiꝰ. Raphael. Pigmea i gruem. pigmei.

☞ Altera pygmee: in ſcꝺo inq̄t tele angulo depicta erat mutatio Pygmee mulieris in gruem/ꝙ ſe vt pulchriorẽ Iunoni anteferre auſa foret. Fatũ miſe. fortẽ miſerabilem. Pygmee ma. Pygmee mulieris. Pygmei nãqꝫ ſunt ppl̄i (vt ſcribit Pli.) mõtana Indie incolẽtes: quoꝝ lõgiſſimi pedes duos nõ excedũt. Ibi aſſiduũ cũ gruibꝰ bellũ gerere dr̄. Suis pygmeis. a q̄bꝰ ipſa originẽ ducebat.

¶ Fabule quarte Argumentum.

Lactantiꝰ. Antigone in ciconiã. Raphael.

¶ Pinxit ⁊ Antigonen ⁊c. Item Antigonen Laomedontis filiã q̄ cũ Ioue coiſſet: ob admiſſum Iuno eã trãſfigurauit in Ciconiam. ☞ Pinxit ⁊ Anti. Antigone Laomedõtis filia fuit formoſiſſima: que cũ ſe Iunone pulchriorẽ eſſe iactaret: ab ea in Ciconiã fuit cõuerſa: ad qꝺ alludere videꝛ Vergil. in primo Enei. cũ inq̄t. Spreteqꝫ iniuria forme.

¶ Fabule. v. Argumentum.

Lactantiꝰ.

¶ Qui ſupeſt ⁊c. Cynare regis Aſſyrioꝝ preterea filias ob iſolẽtiã ab eadẽ dea i gradũ tẽpli ſui lapidẽ mutatas: ꝑ que exẽpla frãgi poſſet de Minerue numine: finẽqꝫ opis ſui explicuit. Is modus eſt: opiſqꝫ ſua facit arbore finem.

Raphael. Cynare filie in ſaxa.

☞ Qui ſupeſt ſo. Cy. Cynaras Aſſyrioꝝ rex filias habuit pulcherrimas/q̄ ſe Iunoni preferre auſe fuerũt: q̄re idignata Iuno eas in gradꝰ tẽpli ſui cõmutauit: ac patrẽ gradus ipſos ꝑ filiarũ corpibꝰ amplectentẽ itidẽ in ſaxũ cõmutauit. ¶ Orbũ: liberis priuatum. ¶ Iacẽs: adherẽs. Pacalibus: paciferis: ac pacem ſignificantibꝰ. Modus. finis. ¶ Sua arbore: oliua.

¶ Itẽ Arachnes certamẽ ſub eodẽ capite.

¶ Fabule prime certaminis Arachnes Argumentum.

Lactantiꝰ. Raphael.

¶ Meonis eluſam ⁊c. Arachne aũt vt videreꝛ ꝑ opa rñdiſſe: contẽtionem tele intexuit Iouẽ in taurũ verſum ob Europe amorem.

Miraríqꝫ deos. operis victoria finis.
Ut tamen exemplis intelligat emula laudis/
Quod pretium ſperet pro tam furialibus auſis:
Quatuor in partes certamina quattuor addit.
Clara colore ſuo breuibus diſtincta ſigillis.

¶ Hemus ⁊ Rhodope in montes.
Hemus rex fuerã: Rhodope regina: ſumus nunc
Odryſij montes: hoc dedit ira deum.

¶ Threiciã Rhodopen hꝫ angulus vnꝰ: ⁊ Hemum:
Nunc gelidos montes/mortalia corpora quondam:
Numina ſummorum ſibi qui tribuere deorum.

¶ Pygmea in gruem.
Pulchra fui Pygmea: gruem certamine fecit
Me Iuno: inde meis bella gero populis.

¶ Altera Pygmee fatum miſerabile matris
Pars habet. hanc Iuno iuſſit certamine victam
Eſſe gruem: populiſqꝫ ſuis indicere bellum.

¶ Antigone in Ciconiam.
Candida que fueras: iam es facta Ciconia: quondam
Antigone. hoc victe dat Iouis alma ſoror.

¶ Pinxit ⁊ Antigonen auſam contendere quondaꝫ
Cum magni conſorte Iouis: quam regia Iuno
In volucrem vertit: nec profuit Ilion illi:
Lao medon ve pater: ſumptis qui candida pennis
Ipſa ſibi plaudat crepitante Ciconia roſtro.

¶ Cynare filie in lapides.
Rex ſaxum o Cynara amplecti te Iuno volentem
Fecit: qui fuerant ſtirps tua chara gradus.

¶ Qui ſupereſt ſolus Cynaran habet angulus orbũ.
Iſqꝫ gradus templi natarum membra ſuarum
Amplectens: ſaxoqꝫ iacens lachrymare videtur.
Circuit extremas oleis pacalibus oras.
Is modus eſt: operiſqꝫ ſua facit arbore finem.

¶ Iupiter in Taurum/⁊ aquilam.
Europa/Aſterie per florida prata vagentur.
Taurus ero Europe: ſic aquila Aſterie.

¶ Meonis eluſam deſignat imagine tauri
Europam. verum taurum/freta vera putares.
Ipſa videbatur terras ſpectare relictas:
Et comites clamare ſuas: tactumqꝫ vereri
Aſſilientis aque: timidaſqꝫ recondere plantas:

Arachnes tela. Europe raptus.

☞ Meonis elu. fabulas i Arachnes tela depictas exequiꝛ poeta: celebres q̄dẽ ac nõdũ expoſitas copioſiꝰ: ignobiles ꝟo ac minus celebratas paucis attingẽs. ¶ Meonis Arachne Meonia ſiue Lydia. Europe vero raptus in. ij. volumine fuit a poeta pleniſſime expoſitꝰ. Iuppiter aũt idcirco in taurum conuerſus Europã rapuiſſe fingiꝛ: ꝙ nauis qua eſt in Cretaꝫ vecta pincto tauro fuit inſignita. Timidas ⁊c. plã hypallage poete familiaris.



familiaris. Europa enim timida videbatur retrahere pedes ab aque tactu. ¶ Fabule. ij. argumentum.

Lactãtius.

¶ Fecit et Aſterien ⁊c. Eundemqꝫ fecit in aquilam: vt comprimeret Aſterien.

Raphael. Uarie Iouis Metamorphoſes.

☞ Fecit et Aſte. Aſterie fuit Cei Titanis filia ac Latone ſoror: quã Iuppiter tã ardẽter amauit: vt eã in coturnicẽ verſam ꝑ aquilã rapuiſſe dicaꝛ. Fecit ol. Iupiter Lede amore captus in Cygnũ mutatus ea potitus eſt: que ouũ dr̄ peperiſſe: ex quo Caſtor/Pollux et Helena orti eſſe fingũtur. De Lede aũt patria ⁊ parẽtibꝰ varie ſunt antiquorũ opiniones. Ibicus nãqꝫ Pleuroniã: Hellanicꝰ aũt Calydoniã illam fuiſſe ait: Theſpij vero filiam fuiſſe pleriqꝫ aiũt ex Androdice: Eumelꝰ aũt ex Glauco Siſyphi filio/⁊ Pãtidya natã eẽ ſcri. narrãs Glaucũ poſt equas amiſſas Lacedemona ꝑueniſſe: ibiqꝫ rẽ cuꝫ Pantidya habuiſſe/que poſtea Theſpio nupſerit. Sicqꝫ Ledã que glauci fuerit Theſpij exiſtimataꝫ. appellatãqꝫ fuiſſe. Pherecydes vero ex Laophonte: Pleuronij filia Ledã et Altheã a Theſpio ſuſceptas fuiſſe ait. Pollucẽ quidẽ ex Ioue Caſtorem autẽ ex Tyndaro generatos ferũt. ¶ Fabule. iij. argumẽtũ.

Aſterie. Leda.

Lactãtius Olor.

¶ Fecit olorinis ⁊c. Eũdem in olorem/vt Ledam Teſti filiam comprimeret.

Raphael.

☞ Olorinis. cygneis. Nã olor eſt auis/quã greci; aciam latini quoqꝫ cygnum appellant.

¶ Fabule quarte argumentum.

Lactãtius. Cygnus. Acia. Raphael. Antiopa.

¶ Addidit vt Satyri ⁊c. Eundem in Satyrũ vt Nycteida Nyctei filiam comprimeret. ☞ Addidit vt Sa. ce. ima pul. Iupiter in ſatyrũ cõuerſus Antiopam Nyctei filiã cõpreſſit/que geminos Amphionẽ et Zethum fingitur peperiſſe. Antiope vero ſic a Ioue corrupta Nyctei patris minas timens Sycionem ad Epopeũ cõfugit. Ubi cũ Amphionẽ et Zethũ peperiſſet illos in Citherone expoſuit/cuidãqꝫ paſtori cõmẽdauit. Nycteꝰ aũt propter filie audaciã dolore affectus interijt cũ prius Lycũ fratrẽ oraſſet: ne filiã negligeret. Uerũ Sicyonẽ ꝓfectus illiꝰ miſereꝛ. Lycus igitur ⁊ vrbẽ expugnat ⁊ Epopeũ interficit/et Antiopen captiuã Dirce vxori ſue tradit cuſtodiendã. Hec aũt fugit: captaqꝫ iterũ ſuis ipſius filijs Amphioni et Zetho tradiꝛ: quibus paſtor: que facta erãt oĩa aꝑit. Ipſi vero Antiopen quidẽ cõſeruauit. Dircẽ vero fero tauro alligantes diſcerpſerũt: ac lycum accerſentes tanqꝫ Antiopen tradituri intere miſſent/niſi a Mercurio prohibiti fuiſſent: qui quidem ipſum Amphioni ⁊ Zetho regno cedere iuſſit.

¶ Fecit et Aſterien aquila luctante teneri.

¶ Iupiter in Cygnum et Satyrum.
¶ Si pingat Ledam et Nycteida pictor Apelles:
Cygnus ero volucris: Iupiter ⁊ Satyrus.

¶ Fecit olorinis Ledam recubare ſub alis.
¶ Addidit vt Satyri celatus imagine pulchra
Iuppiter implerit gemino Nycteida fetu.

¶ Iupiter in Amphitryonem.
Alcmene manibus ſcope polita eſt.
Heu Iuno Amphitryon erit maritus.

¶ Amphitryon fuerit cum te Tirynthia cepit.

¶ Iupiter in aurum.
Quid iuuat Acriſium Danaen includere turrĩ?
Si cadet omnipotens aurea gutta pater.

¶ Iupiter in ignem.
Egine hec facies: coniunx Iouis excute marmor:
Iam erit in terris igneus ipſe tonans.

¶ Aureus vt Danaen/Aſopida luſerit ignis.

¶ Iupiter in paſtorem.
Mnemoſynen paſtoris amans ſub imagine preſſit
Iupiter: o miſeros quos face vexat amor.

Iupiter in ſerpentem.
Si varius natam preſſit Deoida ſerpens
Rex ſuperum: o patres quid genuiſſe iuuat?

¶ Mnemnoſynen paſtor/variuſqꝫ Deoida ſerpens:

¶ Neptunus in iuuencum.
Uirginis Eolie Neptunus amore iuuenci
Sub forma intrauit rura: gregeſqꝫ boum.

¶ Fabule quinte Argumentum.

Lactãtius. Raphael. Alcmene. Tyrins. Amphitryõ.

¶ Amphitryon fuerit ⁊c. Eundem in Amphitryona: vt Alcmenam Electrionis filiam comprimeret. ☞ Amphitryõ fuerit. Iupiter alcmene amore captꝰ: in Amphitryonẽ illiꝰ maritũ cõuerſus cũ ea cõcubuit. Herculẽqꝫ ex eo cõcubitu ſuſcepit. Amphitryon autẽ Alcei Thebani filiꝰ fuit: q̄ Alcmenã Electrionis filiam vxorẽ duxit. Tirynthia. Alcmena: a Tirynthe vrbe dicta nã Tiryns vrbs eſt Pelopõneſi/a Tirynthe Hali filia: que Amphitryonis fuit ſoror: vnde etiã Hercules Tirynthius appellatur. ¶ Fabule. xi. argumẽtum.

Lactãtius.

¶ Aureus vt Danaen ⁊c. Eandem in aurum/vt Danaen Acriſij filiam comprimeret: vt Aſopidam in ignẽ. duo ſenſus iſti in vnum verſum continentur.

Raphael.

☞ Aureus vt Danaen. Danae Acriſij Arginorũ regis filia a Ioue in aureas guttas mutato cõpreſſa/Perſeum genuiſſe in quarto narratur. Hoc autẽ fingitur: ꝙ Danaẽ violaturus Iupiter/aureos nũmos largiter in ſinũ eiꝰ infudit. Hec (vt ſcribit Lactãtiꝰ) merces ſtupri fuit. Aſopida luſerit ignis. Eginã Aſopi filiã. nam Iupiter in ignẽ cõuerſus Eginã Aſopi fluuij filiã preſſit: exqꝫ ea Eacũ ſuſcepit. Mnemoſynẽ paſtor. Iupiter in paſtorẽ cõuerſus Mnemoſynẽ nymphã rapuit: ex qua noue muſe nate fuiſſe dicũtur. Interpretatur aũt Mnemoſyne memoria: vñ ⁊ ſapiẽtie mater eſſe monſtratur. ¶ Fabule. xij. Argumentum.

Lactãtius.

¶ Mnemnoſynẽ paſtor ⁊c. Eundem in paſtorem: vt Mnemoſynẽ comprimeret: in ſerpentem: vt Deoidam ⁊ hi duo ſenſus in vnum verſum veniunt.

Raphael.

☞ Uarius Deolida ſerpẽs: ſic quidẽ legiꝛ: et ego hanc olim ſecutus lectionẽ: vt qui aliã non videram: expoſui Deolida nymphã videri fuiſſe: que a Ioue in ſerpẽtẽ verſo vitiata ſit. Nuper ꝟo in vetuſto exẽplari animaduerti Deoida ſine litera l caſtigate ſcriptũ eẽ. Nã deois Proſerpina eſt Cereris filia/q̄ Δηω quoqꝫ a grecis nominaꝛ: vñ femininũ patronymicũ deios declinaꝛ. Ceres aũt Δηω appellata fuit (vt greci tradũt) παρα το Δηω quod ſignificat inuenio. Qñ eñ Ceres querẽs filiã varia loca circuibat/omnes bene illi ominãtes dicebãt Δηεις hoc eſt inuenies. Hinc factũ eſt/vt Δηω vocareꝛ: quãuis alie quoqꝫ huius nominis origines ferãtur/que breuitatis cauſa videtur pretermittẽde. Iouẽ autẽ in draconẽ verſum cũ Proſerpina cõcubuiſſe in. ij. libro de ꝑparatiõe euãgelica teſtaꝛ Euſebiꝰ/cũ inquit (vt eorũ verbis qui in latinũ verterũt vtar) Ceres peperit/educaꝛ puella/Pherephatẽ nõnulli appellãt cui Iupiter/qui genuit/draco factꝰ cõiungitur. Uñ in ſacrorũ myſterijs Draco in ſpirã cõuolutꝰ ad factorũ memoriã/ac potiꝰ in teſtimonium tante turpitudinis adhibeꝛ. Hec Euſebius. Ex quibꝰ apertiſſime colligiꝛ Proſerpinã Cereris ⁊ Iouis filiã/quã Ouidius Deoida vocat/ab Ioue ipſo in ſerpentẽ mutato fuiſſe vitiatã. Quare nõ Deolida/vt eſt fere in exẽ

Uarie mer curij meta- morpho.

plaribus deprauatum: ſed Deoida contenderim eſſe legendum.

Janus par rhaſius.

Cornilius (inquit Janus Parrhaſi⁹ in cōmētarijs ab ſe in Claudianū editis) ait Proſerpinam Baccho mercuriū peperiſſe. ſed alter hic eſt in myſterijs. Athenienſiū celebrat⁹: vt dicimus ex Arrbiano Polyenoq; Macedone: quē Jupiter ex Proſerpina ſuſtulit eius filia: quā mutatus in anguē vitiauit. autor Clemēs. Et Tertulian⁹ in Apologetico: Joui inceſtū hūc exprobrās: amatorē ſquāmigerū vocauit: a ſerpentū ſquāmis. Hinc in Orgijs Sabatiorū draco in ſpirā cōuolutus argumētū nefandi cōcubit⁹ adhibebat. Et greci qui dā poete: cū draconē tauri patrē laudāt: Jouē ſubobſcure figāt. Fingūt em̄ Proſerpinā ex eo pſis ſtupro Liberū tauri ſpecie enixam eē: et Lycophrō ipſum Dionyſiū taurū nūcu parat. Quin & Eleorū mres in ei⁹dei ſacris vt taurino pede ad ſe veniret cōprecabātur: vt refert Plutarchus. Jdipſum Jouis & proſerpine furtū deſignat Ouidius in ſexto Metamor. his verbis. Mnemoſynē paſtor: varius Deoida ſerpēs. Nimirū Deoida Proſerpinā Naſo vocauit: ab Eleuſina cerere q̄ Δηω grece dicitur: vt eſt apud Orpheum: Deo pā metera. i. Magna parens Δηω. Unde recta forma Deois vt a Deſo Ceſois: patronymicū deriuatur. Sz ambiguū nō relinquet Auſonius: cui⁹ ad Theonē carmē eſt hoc. Qualis floricoma quondā populator in Etna virgineas inter choreas Deoida raptā Suſtulit emerſus Stygijs fornacibus Orcus. Hactenus Janus

Te quoq; mutatum toruo Neptune iuuenco

Neptunus in fluuium.

Equoree regnator aque ſum factus Enipeus:
Hoc potui: eſt noſtrum flumina cuncta mare.

Uirgine in Eolia poſuit: tu viſus Enipeus

Neptunus in arietem.

Arietis in falſa Biſaltida imagine preſſit:
Per fortes rapidi cui data ſceptra maris.

Cignis et Aloidas: aries Biſaltida fallis.

Neptunus in equum.

Senſit equum te flaua Ceres: cui fuſcina telum eſt/
Et te ſenſit equum virgo Meduſa ferox.

Fabule. viij. argumētum.

Lactātius.

Te quoq; mutatū &c. Neptuni etiā cupiditatem inſerit: ita vt doceret eū in iuuencū eſſe mutatū/vt Aeoli filiam ſtupraret. Jn amnem Enipeum: vt Aeoliam. Jn arietem/vt Biſaltidam comprimeret: hi tres ſenſus in tribus verſibus aliter cadere non poſſunt.

Raphael.

☞ Te quoq; mutatū &c. Neptuni varias deſcribit trāſfigurationes. nā modo in iuuēcū: modo in Enipeū fluuium: modo in arietē: modo in equū: modo in delphinē conuerſus fuiſſe narratur. Eolia. Eoli filia. Que vero hec Eolia virgo fuerit/non memini me legiſſe.

Joānes baptiſta pius

Cōplures licet hoc tēpore reperias homines: qui cū fabulā abſtruſiorē ignorent: haud magni id eſſe momēti: quod neſciāt que ſue ſint peculiariter pfeſſionis: clamēt. Eoſdē rurſus ſi in quam forte vel frequentiorem inciderint: de repēte criſtā (qḋ aiūt) tollere & cantū ſentias: quaſi a ſe glorietur illud inuētū: quod ſi repe riſſet alius: haud magni faciēdū diſſimularēt. Uerū meo iudicio tā neceſſariā in hiſce ſtudijs fabularum cognitionē cōtēderim: q̄ viuētib⁹ et ſolis lumē aeris ſplēdorē. Quis enim nō videat vel hoc Ouidiano carmie quod in metamor. legas ſexto: nō plane ſatiſſactū ſibi ab aliquo: niſi fabellā copioſus ex alijs autoribus narret ille. Carmē autē eſt huiuſcemodi. Mnemoſynē paſtor: vari⁹ Deolida ſerpēs. Te quoq; mutatū toruo Neptune iuuēco Uirgine in Aeolia poſuit. Ubi tu in ſuperiore carmine Deoida lege: et Proſerpinam intellige ἀπὸ τοῦ δεων: hoc eſt a Cerere: quā in ſerpentē mutatus vitiarit Jupiter: vt autor Euſebi⁹ & Auſonius.

Deois.

Uerū de hac plura alias. Nūc ad Aeoliā virginē redeamus: quā quenā fuerit interpres ignorare ſe fatetur. Uirginē antem Aeoliā arnen aeoli filiā a Neptuno cōpreſſam intelligo: ex Diodori Bibliotheces quinto qui ſcribit a Neptuno vitiatā inſcio patre virginē. Quod cum reſciſſet pater: indignatus Metapōtino cuidam tradidit hoſpiti: vt metapōtū illam deferret. Quo delata puella: geminos peperit aeolū ſcz & Boeotū:

Arne.

quē Beotū dixit: q: infra ſtabulū iecerit ſtatim infantem natū Arne. Qḋ igitur inter boues fuit nutrit⁹ (nā βου Greci: latini bouē) Bootus & Boeot⁹ poſtea dictus: vt Euphoriō eſt autor Qui filij mox a metapōtino adoptati: cū adoleuiſſent: ſeditiōe facta libere vrbis libertatē inuaſere. Uerū nō multo poſt abire coacti:

Aeolus et Boeotus.

aeolus quidem Tyrrheni maris inſulas tenuit: et aeolicas poſtea de ſuo nūcupatas nomine. Boeoti⁹ vero ad auū reuerſus Aeolū cum ab illius obitu auitū tenuiſſet imperiū: ſubiectā quidē regionē de matris nomine arnē/populos de ſuo Boetos dixit. Fuit vero & Boeotie oppidū Arne nomine. Lycophronis aūt interpres Jſacius: arnē nutricē facit Neptuni cū hac fabella: quam & apud alios autores Grecos inuenio. q: dū Saturn⁹ Neptunū perſcrutaretur filiū: negaſſet arne ſe ſcire vbinā gētiū eſſet: quo facto que ań Sinoeſſa dicebaṫ: arne ἀπὸ τοῦ ἀρνειστας. i. a negādo dicta: a qua poſtea vt dixim⁹ oppidū dictū: cui⁹ & Homerus ſecūdo: & Lycophrō meminit. Stephan⁹ quoq;: hāc aeoli filiā facit. Sūt tñ qui a multitudie agnorū arnē oppidū dictū putēt: queadmodū Crates eſt autor: vt Cos q̄z inſula a pecudū copia denominata. Cares enim q̄ aliquādo eas inſulas tenuere: Cō pecudē dicūt. Jllud preterea viſuz eſt addere: duos preſtātiſſimos autores Latinū vnū/Grecū alterū Uarronē ſcz et Strabonē nō arnē hāc ſed Menalippen dicere: quo noie matrem arnes faciat Diodor⁹. Atqui Strabonis hec ſunt: vbi de Metapōto tractat verba. Hic ſane de Metapōto et Menalippe in vinculis cōiecta: et ei⁹ nato Boeoto multa fabulanṫ. Quāuis & Archilochi & aſij poetarū teſtimonia: Jndij regis regia natū Boeotū videātur innuere. Uarro autē ex ſecundo de re ruſtica: Hūc eē (de bubus loquēs inquit) q̄ filios Neptuni & Menalippes ſeruarit: ne in ſtabulo infantes grex boū obtereret. Hactenus Uarro: quod vndecūq; eruditiſſimi viri teſtimoniū videatur id ſignificare: inde datū fabule locū: a Neptuno in bouem verſo cōpreſſam Menalippē. Jllud nō pretermittēdū quattuor oppida Arnas

Enetpeus.

dicta: ſed hanc Boeotiā Herodiano Tarnas quandoq; dici poſſe viſum. Hec Baptiſta pius.

Enipeus. fluui⁹ eſt Theſſalie Enipeus: in quē mutatus Neptunus Tyro Salmonei filiā circa fluuiū ſpatiantē rapuit: ex eaq; ſuſcepit Peliam & Neleū. Signis/& Aloidas. Neptunus in eundem fluuium conuerſus Jſhimediā Aloi vxorē cōpreſſit: ex qua nati ſunt Othus et Ephialtes/qui aloide a poetis vocātur. Uer. in. vj. Hic & Aloidas geminos immania vidi corpora q̄ manibus magnū reſcindere celū aggreſſi: ſuperiſq;

Aloide.

Jouem detrudere regnis. Aries Biſaltida fallis. Neptunus in arietem transfiguratus Biſaltidē vitiauit: de qua nil memini me alibi legiſſe.

Fabule none argumentum.

Lactātius.

Et te flaua comas &c. Eundem in equū volucrem: vt Cererem/et Gorgonem Meduſam: ex qua equus Pegaſus proditur fuiſſe. Jn delphinum/vt melātho comprimeret: hi ſenſus continentur in tribus verſibus.

☞ Et te.



Raphael.

☞ Et te flaua comas. Neptunus in equum mutatus cum Cerere & Meduſa concubuit.

Jan⁹ parrhaſius.

Janus Parrhaſius recoditiſſime vir literature in cōmētarijs Claudiani hec de Cerere memorie prodidit. Coheſit & Erinūdis ſpecie Neptuno in equi formā mutato: vnde natus Arion eſt: vt legim⁹ apud Lycophronē. Hiſtoriam percurrit Ouidius in ſexto Metamor. ad Neptunū conuerſo ſermone. Et te flaua comas frugum mitiſſima mater Senſit equum. Hactenus Janus.

Frugū mitiſſima mater. periphraſis eſt Cereris/ex qua Neptunus Arionē equū & Teleſto filiā ſuſtulit: vt

Et te flaua comas frugum mitiſſima mater

Senſit equum: te ſenſit equum crinita colubris

Neptunus in Delphinum.

Me facies & amor fecit Delphina Melanthus:
Parcite: q̄ grandes dat Uenus alma faces.

Mater equi volucris. ſenſit Delphina Melantho.

Omnibus his faciemq; ſuam faciemq; locorum

Apollo in paſtorem.

Armentum Admeti quid paſcis Apollo? Deorum
Unus ades: non ſum: non oleo ambroſiam.

Reddidit. eſt illic agreſtis imagine Phebus.

Apollo in accipitrem & leonem.

Quid non vincit amor? quid non Uenus viget in artes?
Accipiter modo ſis: cum modo Phebe leo?

Utq; modo accipitris pennas/modo terga leonis

Apollo in paſtorem.

Paſtor eras/cum tu Macareida preſſeris: & tunc
Fictus eras: non nunc cum tibi cura boum.

Geſſerit: vt paſtor Macareida luſerit Jſſen.

Bacchus in vuam.

Captus amore pater fit virginis: vua Lyeus
Erigones: genite quem dedit vua neci.

Liber vt Erigonen falſa deceperit vua.

Saturnus in equum.

Quid geminum Chirona negas inimice poetis?
Si ſubiecit equo Phillyra falcifero.

Ut Saturnus equo geminum Chirona crearit.

Ultima pars tele tenui circūdata limbo

Nexilibus flores hederis habet intertextos.

Non illud Pallas: non illud carpere liuor

Poſſet opus. doluit ſucceſſu flaua virago.

Et rupit pictas celeſtia crimina veſtes.

Arachnes pena.

Admonuit me Pallas: ego non Pallados iras
Pertimui: & penas quas dedit ars/patior.

Utq; Cytoriaco radium de monte tenebat:

Ter/quater Jdmonie frontem percuſſit Arachnes.

Non tulit infelix: laqueoq; animoſa ligauit

Guttura. pendentem Pallas miſerata leuauit.

Atq; ita. viue quidem: pende tamen improba/dixit:

Pauſanias narrat. Ceres nāq; filiā querēs: vt Neptuni ſuū cōcubitū appetētis inſidias fugeret/ſe in eqnā mutauit/ac vna cū Onci equabus in paſcua exibat. Quod cū Neptunus reſciuiſſet: in equū & ipſe cōuerſus illaz iniuit. Jd vo cū Dea ſenſiſſet: adeo indignata ferṫ: vt Erinnys fuerit cognominata. Nā ερινυειν. Arcades iraſci dicūt. Crinita colubris: pro crinib⁹ colubros/ac ſerpētes habens. Mater equi volucris. Meduſa mater Pegaſi equi alati. Sēſit del. Melan. Melantho Deucalionis filia fuit (vt Lycophronis interpres ſcribit) quā Neptun⁹ in delphinū cōuerſus cognouit/ac filiū noie Delphum ſuſcepit. Senſit Delphina Melātho. Delphus nomē a ſe dedit Neptuni filius Delphus ex Melātho ſuſceptus filia Deucalionis: vt ſcribit interpres Lycophronis: quaz Neptunus in delphinem mutatus compreſſit: vnde nato puero nomen. hiſtoriā percurrit Oui⁹ in eiuſdem dei mentione. Te ſenſit equā crinita colubris. Mater eq̄ volucris & ſenſit Delphina Melātho. ex eadē Neptunus etiā Pythin puellā ſuſtulit: que Pythoni nomen vrbi dedit: vt Myclus Neopolitanus autumat.

Melātho. Delphus.

Lactanti⁹.

Equidē nō ſum neſci⁹ hāc hiſtoriā mutatis noib⁹ alr a pauſania tradi: ſz nos opinatiſſimos habemus autores.

Delphis aūt i Beotia ē iuxta Parnaſū.

Fabule decime Argumentum.

Apollinis preterea in eadez contentione amoris furta intexuit reddita: indicat eū in accipitrē: interdū in leonē: alś in paſtorem vt Jſſen Macarei filiā comprimeret.

Raphael.

☞ Eſt illic agreſtis imagine Pheb⁹. Apollo diuinitate priuat⁹ pꝑter iterfectos Cyclopas/Admeti reg. Theſſalie armēta pauiſſe fingiṫ. Utq; mō accipitris pēnas. Apollo interdū in accipitrē: iterdū i leonē ſe cōmutaſſe in Arachnes tela videbaṫ. Macareida Jſſen. Macarei filiā/quā Apollo i paſtorali habitu vitiauit: vt h̄ loco poeta narrat.

Fabule vndecime Argumentum.

Liber vt Erigonen &c. Liber pater quoq; in vuā verſus/vt Erigonen cōprimeret.

Lactanti⁹. Jſſe. Erigone. Lactanti⁹. Chiron.

Liber vt erigonen. erigone Jcarij filia a Baccho in vuā ꝯuerſo fuit cōpreſſa: hec ob pietatē qua in patrē a ruſticis interēptū vſa eſt/in celū tranſlata virginis ſignū cōſtituit.

Fabule duodecime Argumentum.

Ut Saturnus equo &c. Saturnus pterea verſus in equū: vt Phyllirā oceani filiaz/ex q̄ Chirona cētaurū vr̄ pcreaſſe/cōprimeret.

Raphael.

☞ Ut Saturnus equo. Saturnus cum Phyllira Oceani filia concūbens: veritus ne Opis vxoris iaduentu deprehēderetur/in equū ſe commutauit/ſicq; centaurū genuit Chironem. Unde Uerg. lib. Geor. iij. Talis & ipſe iubam ceruice effudit equina Cōiugis aduētu pernix Saturnus: & altum Pelion hinnitu fugiens impleuit acuto. Geminum Chirona. cētaurum: qui ab anteriore parte homo/poſteriore equus videbaṫ.

Fabule decimetertie Argumentum.

Lactanti⁹.

Ultima pars tele &c. Poſtq̄ Arachne ordinata tela cū ꝯtumelia a Dea pulſa eēt/ſuſpēdio ſe affecit. Sed i vltio caſu ꝓpt ſtudiū/qḋ a Dea accepat i araneā vſa: vt ope inutili nullū ſui effectū cape poſſet. Plura vo opa Arachnes poeta ſtulit fuiſſe q̄ Minerue: vt hāc ſciētia artē/q̄ potior ē/illā labore ꝯtēdiſſe dmōſtraret.

Raphael. Limbus.

☞ Tenui limbo, ſubtili faſcia. Eſt em̄ limb⁹ faſcia vltimā veſtis partē ambiēs. Uerg. Sidoniā picto chlamydē circūdata limbo. flaua virago. Pallas formoſa. Celeſtia crimina. Deoꝝ flagitia. Hoc aūt ꝓtextu Pallas veſtes illas merito dilaceraſſe vṙ. De mōte Cytoriaco. Cytorus mons eſt Paphlagonie buxi abūdās: q̄ Cyteriaco corrupte fere legaṫ. Ter q̄ter, ſepi⁹. Jdmonie. Jdmonis filie. poſſeſſiuū em̄ p pronymico ē poſitū.

¶ Lexq; eadē pene.eadē inquit pena etiā poſteri tui afficiant. ¶ Dicta eſto.ſit ſtatuta. Hecateidos herbe: ab Hecate Medee matre inuēte/q̄ prima venenoſas herbas inueniſſe narrat: illiſq; Perſeū patrē pemiſſe. Hecate Proſerpina dr̄ & Luna & Diana: quenā vo Hecates ſit herba/nō memini me legiſſe. Ceterū veneficis apta eſſe videt. Triſti.noxio. Exiles.tenues ſubtiles. Et antiquas exercet aranea telas: hoc eſt priſtinas cōficit telas: q̄ quidem & ipſe Aranee dicunt. Araneus vo maſculini generis ſemper de animali dicitur. Catullus in Furiū. Furi cui neq; ſeruus eſt: neq; arca: nec cimex: neq; arane⁹: neq; ignis. Verg. quoq; in Culice diminutiuum protulit. Atq; vt Araneoli tenuem formauimus orſum.

¶ Fabule.ij.ſexti libri Argumentum.

Lactanti⁹. ¶ Lydia tota fremit &c. Niobe. Tantali filia Tipylo Lydie orta ob inſolētiam Apollinis ac Diane numē experta eſt. Nā ex Amphione ſeptē filijs: totidēq; virginib⁹ editis dum comitata gauderet: & quodā tpe Māto Tireſie filia rīſo monuiſſet Thebanos: vt Latone & liberis ei⁹ p p̄ces thura redderēt: ſola extitit: q̄ ſacrificio intereſſe noluerit: predicās potentiorem ſe numine dee ac liberis eius eſſe. Itaq; oratione inſtructa Latona queſta cū filijs q; ſuarū iniuriarū non exiſterent vltores: ꝯfeſtim itaq; Apollo & diana tecti nubib⁹ (vt p̄ceperat genitrix) Thebas venerūt: ac Niobes filios cū in cāpo eq̄s exercerent: ſagittis necauerunt. Quoꝝ noīa hec ſunt. Iſmeni⁹: Sipyl⁹: Phedius: Tātal⁹: Archenor: Damaſitō: Ilione⁹. pater Amphion poſt necem filioꝝ ferro ſe interfecit. Nec minor violētia deſijt eſſe Niobes: q; Diana idigne tulit: nā virgines pari calamitate affecit: vita nouiſſime Niobe flens deceſſit: turbineq; ventoꝝ in patriā Sipyluz delata eſt: ceſſitq; in ſilicē volūtate Apollinis & Diane.

Raphael. ¶ Lydia tota fre. hec ideo a poeta inſerūt: vt cōmodi⁹ Niobes mutationē in ſaxū cuz ſupiore fabula ꝯiūgat.

Niobe in ſaxum. Niobe nāq; Tātali filia cū ex Amphione marito ſeptem filios: ac totidē filias genuiſſet: ſe poti⁹ q̄ Latonā venerandā eſſe ꝯtēdebat: ꝓhibebatq; ne q̄s in ſuo regno Latone ſacrificare auderet. Quare idignata Latona Apollinē ac Dianā rogauit: ne ſe tāta iniuria affici paterent. Sūptis igit arcub⁹/& ſagittis ad vnū oēs ꝑmū Niobes filios iteremerūt: qd q̄dē Amphiō cū ferre nō poſſet: ſeipm iterfecit. Niobe vo morte filioꝝ idignata cū dijs maledixiſſet: & filias ſagittis ꝯfectas vidit: & ipa in ſaxū qd etiā nūc lachrymare vr̄ fuit cōmutata. ¶ Ante ſuos Niobe thalamos. ante ſuas nuptias. Naz anteq̄ Amphioni traderet Niobe/in Phrygia & Lydia cū Tātalo pr̄e/ qui illic regnabat/habitauit: vbi facile Arachnem cognouit. Meoni. Lydiā. Meonia vero dicta

Sipylus. eſt a Meone fluuio/q̄ ꝑ illaz fluit. Sipylūq; cole. Sipyl⁹ vrbs eſt/& mons Phrygie. Vn̄ Sipylenū marmor cognoiatur. Popularis: nō plebeie/ſz q̄ de illius ꝑplo fuerat. Mino. humaniorib⁹. Multa da. ani. multa inq̄t illā reddebāt ſupbā. Nec ꝯiu. arces. Amphiō marit⁹ Niobes rex Thebarū fuit: cui⁹ vrbis muros arceſq; edificaſſe fert. Hora. Fertur &

Amphiō. Amphion Thebane ꝯditor arcis Saxa mouere ſono teſtudinis: & p̄ce blāda Ducere q̄ vellet. Nec ge. amboꝝ nā ab Ioue ambo ducebant gen⁹. Amphion em̄ Iouis ex Antiopa filius fuiſſe dr̄. Niobe vo Iouis ipſi⁹ neptis/cū Tantali filia fuerit. Nam ſata Tire.

Manto. Mā. Māto filia fuit Tireſie vatis paterne artis peritiſſima: a quo Mantua vrbs fuit appellata. ¶ Iſmeni. Thebane mulieres ab Iſmeno fluuio dicte. ¶ Da. thu. ſacrificate et rogate. ¶ Lato. duo. Apollini & diane. ¶ Lau. in. cri. caput lauro coronate. ¶ Ore meo la. iu. ac ſi diceret. ore meo Latona loquitur: hocq; vobis mādat. ¶ Spe. ſpectatu digna propter veſtes auro intextas. ¶ Ut oculos circun. al. ſu. hypallage eſt poete familiaris. Superba enim oculos altos circūtuliſſe niobe intelligenda eſt. ¶ Al. elata.

Quis furor

Lexq; eadem pene/ne ſis ſecura futuri:
Dicta tuo generi/ſeriſq; nepotibus eſto.
Poſtea diſcedens ſuccis Hecateidos herbe
Sparſit: et extemplo triſti medicamine tacte
Defluxere come: cum quis et naris/et aures.
Fitq; caput minimum: totoq; eſt corpore parua.
In latere exiles digiti pro cruribus herent.
Cetera venter habet: de quo tamen illa remittit
Stamen: et antiquas exercet aranea telas.
¶ Lydia tota fremit: Phrygieq; per oppida facti
Rumor it: et magnum ſermonibus occupat orbem.
Ante ſuos Niobe thalamos cognouerat illam:

¶ Niobe in marmor.
Contempſi Niobe Latonia numina: Pheb us
Et ſoror oppreſſit pignora: marmor ego.

Tunc cum Meoniam virgo Sipylumq; colebat.
Nec tamē admonita eſt pena popularis Arachnes/
Cedere celitibus: verbiſq; minoribus vti.
Multa dabant animos: ſed enim nec cōiugis arces/
Nec genus amborum/magniq; potentia regni
Sic placuere illi: quamuis ea cuncta placerent:
Ut ſua progenies/et feliciſſima matrum
Dicta foret Niobe: ſi non ſibi viſa fuiſſet.
Nam ſata Tireſia venturi preſcia Manto
Per medias fuerat diuino concita motu
Vaticinata vias. Iſmenides ite frequentes:
Et date Latone/Latonigeniſq; duobus
Cum prece thura pia: lauroq; innectite crinem:
Ore meo Latona iubet. paretur: et omnes
Thebaides iuſſis ſua tempora frondibus ornant:
Thuraq; dant ſanctis: et verba precantia flammis.
Ecce venit comitum Niobe celeberrima turba
Veſtibus intexto Phrygijs ſpectabilis auro:
Et quantum ira ſinit formoſa/mouenſq; decoro
Cū capite immiſſos humerum per vtrūq; capillos.
Conſtitit: vtq; oculos circuntulit alta ſuperbos:



Quis furor au. oro indignationis plena niobe decēter attribuit: vt q̄ adeo erat felicitate clara: vt ſe latone auderet p̄ferre. Audi. ce. auditos deos. Viſis. dijs quos quotidie videtis. Certior em̄ aure arbiter ē oculus: nimiū aūt ſupbe ſe quoq; deā eſſe: ac maritū Deum Niobe ait. Numē adhuc ſine thure meum eſt: & copula ſubaudiatur. Sine thu. ſine cultu/ſine ſacrificio. Mihi tantal. au. pater. Niobe enim Tantali filia fuit. Cui licu. ſoli: cui ex hominibus ſoli cōceſſum fuit epulis Deorū accumbere. Pleiadū ſo. eſt ge. mea. Niobes mater Taygeta fuit vna ex Pleiadibus Atlātis filiabus Iupiter al. au. paternus nā Tātalus Iouis fuit filius

Niobe. ex Plote. ¶ Socero quoq; gl. illo. Amphion em̄ filius fuit Iouis ex Antiopa. ¶ Fidibuſq;

Taygete.

Amphion. mei cōmiſſa mariti. Amphion tantum muſica valuiſſe narratur et cithara vt ſaxa illū ſe querentur quibus omniuz primus Thebas vna cū Zeto fratre muniuit: vt Home. quoq; ſcribit. Pherecydes vero etiam cauſam aſſignat/qua moti Amphiō & Zeth⁹ muro Thebas cinxerint. Phlegyas em̄ hoſtes regnanti Cadmo timebat. Quod autē ſaxa Amphionis lyram ſponte ſint ſecuta: narrat etiā antimenidas/ac lyrā Amphioni a muſis dono nataz/Diſcorides ab Apolline/pherecydes a muſis traditam fuiſſe ait. ¶ Commiſſa: cōpoſita/conſtructa. Aduerti: cōuerti. Acc. eodem: ad idem adiungitur. Genita Tita. Ceo Latona fuit filia Cei gigātis: que a Ioue cōpreſſa Apollinen ſimul & Dianam concepit: quod quidez adeo egre tuliſſe Iuno dicitur: vt Pythonē immiſerit ſerpentē: qui eaz per totū terrarū orbem inſectaretur: nec vſq; parere permitteret. Fugiēs igit Latona ab Aſterie ſorore (que et ipſa a ioue amata primum in Ortygiā: hoc eſt in cothurnicē: deinde in ſcopulū mobilez/atq; inſtabilē fuit cōuerſa) ſuſcepta ſtatim Apollinē ſimul et Dianā peperit: qui et Pythonē ſerpentē ſagittis confi-

Aſterie. xerunt: & inſulā in qua nati erāt: immobilem reddiderūt: que quidē poſtea Delos fuit appellata: q; cū diu ſub aquis latuiſſet: tandem

Delos. apparuiſſet: ſeq; oſtendiſſet. Δηλος namq; manifeſtus interpretatur. Titanida neptem Titanū: a quibus gigantes originem traxere. Maxima quondā Exiguā. antithetō: hoc eſt cōtrarium. Maxima enim exigue opponitur. Ira autem Iunonis nuſq; in tota terra locum inuenit Latona: vbi parere poſſet. Nec ce. in nullo elementorū Latona locū inuenit: vbi parere poſſet. Dea veſtra. cū quodam cōtēptu hec a Niobe dicunt. Exul erat mūdi. a toto exulabat mūdo. Inſtabilēq; locū Delos dedit. Delos (vt dixi) q̄ et Ortygia fuit appellata: idcirco inſtabilis fuiſſe dicitur: q; crebro terremotibus quateretur: donec oraculo admoniti illic cadauera deſierunt ſepelire. ¶ Ite ſacris: diſcedite a ſacris execrandis. vt Vergil. Auri ſacra fames. ¶ Infecta: non facta: non finita. ¶ Quodque licet: quod poſſunt etiaz Niobe prohibente. ¶ Turba quantum diſtabat ab orba. Latona inquit tā eſt indignata: q̄ ipſa Niobe propter liberorum multitudinem ab orbitate aberat: per quod ſignificatur vehementer indignatam fuiſſe. ¶ Ab orba: a mu-

Orbus. liere liberis carente. Orbus enim dicitur aliqua re chara priuatus. Unde et oculis et filijs priuati/orbi vocantur. ¶ Turba: multitudine liberorum. ¶ Summoq; in vertice. in alto cacumine. ¶ Cynthi. Cynthus mons

Cynthus. eſt Deli: vnde et Apollo Cynthius/et Diana Cynthia vocantur. ¶ En ego veſtra pa. hac oratione Latona Apollinem ſimul et Dianam incendit ad vlciſcendam iniuriam

En. a Niobe acceptam. En autem particula eſt affectus et indignationis plena. ¶ Animoſa. magnanima: ac ſuperba.

Quis furor auditos inquit preponere viſis
Celeſtes: aut cur colitur Latona per aras?
Numē adhuc ſine thure meū ē. mihi Tātal⁹ auctor:
Cui licuit ſoli ſuperorum tangere menſas.
Pleiadum ſoror eſt genitrix mea. maximus Atlas
Eſt auus ethereum qui fert ceruicibus axem.
Iupiter alter auus. ſocero quoq; glorior illo.
Me gentes metuunt Phrygie: me regia Cadmi
Sub domina eſt fidibuſq; mei commiſſa mariti
Menia cum populis a meq; viroq; reguntur.
In quācunq; domus aduerti lumina partem:
Immenſe ſpectantur opes: accedit eodem
Digna dea facies: huc natas adijce ſeptem/
Et totidem iuuenes: et mox generoſq; nuruſq;.
Querite nunc habeat quam noſtra ſuperbia cauſaz:
Quoq; modo audetis genitam Titanida Ceo
Latonam preferre mihi: cui maxima quondam
Exiguam ſedem pariture terra negauit:
Nec celo/nec humo nec aquis dea veſta recepta eſt.
Exul erat mundi: donec miſerata vagantem
Hoſpita tu terris erras. ego dixit in vndis.
Inſtabilemq; locum Delos dedit illa duorum
Facta parens: vteri pars hec eſt ſeptima noſtri.
Sum felix: quis enim neget hoc: felixq; manebo.
Hoc quoq; quis dubitat: tutam me copia fecit:
Maior ſum/q̄ cui poſſit fortuna nocere.
Multaq; vt eripiat: multo mihi plura relinquet.
Exceſſere metum mea iam bona: fingite demi
Huic aliquid populo natorum poſſe meorum:
Non tamen ad numerum redigar ſpoliata duorum.
Ite ſacris propere ſacris: laurumq; capillis
Ponite. depoſuēt: et ſacra infecta relinquunt:
Quodq; licet/tacito venerantur murmure numen
Latone: turba quantum diſtabat ab orba.
Indignata dea eſt: ſummoq; in vertice Cynthi
Talibus eſt dictis gemina cum prole locuta.
En ego veſtra parens: nobis animoſa creatis:
Et niſi Iunoni nulli ceſſura dearum:

Dubitor. ¶ An dea ſim dubitor.licētia poetica dubitor in paſſiua voce:ꝛ ſignificatiōe poeta finxit:cū dubito vbū ſit abſolutuꝫ.Cultis aris.exornatis altarib9.Cōuicia:cōtumelias.Tātalis.Tantali filii filia:cū quodā aūt cōtemptu Tātalida Niobē Latona appellat:ac ſi diceret filia Tātali:q̄ ꝑpter impietatē i deos detruſus ad inferos maximis afficit̄ penis. ¶ Orbā Dixit.carenteꝫ filijs vocauit. Hoc aūt Niobe nō dixit:ſed duos tātum illā liberos peperiſſe:id qđ egerrime Latona tulerat:ꝛ ideo crimē amplificat.Pene mora longa q̄rela eſt:pena inq̄t in longū protrahitur iſtis querimonijs.Linguā paternaꝫ. linguā inq̄t Tantali patris pre ſe tulit:qui deoꝝ arcana vulgauit.Deiectura p̄ces.cuꝫ hec inq̄t Latona retuliſſet:p̄ces adiectura erat.Phebe.diana:que eadē eſſe cū luna dr̄. Cadmeida arcē.thebanā arcem a Cadmo extructaꝫ. Cadmeis aūt nō ſolū arx Thebana vocat̄:ſꝫ interdū pro tota Beotia accipit̄:vt Thucydides narrat.Plan9erat:topographia:hoc eſt loci deſcriptio:i quo niobes filij ꝛ equos agitare:ꝛ ſe conſueuerāt exercere. Aſſiduis eq̄s.aſſiduo equoꝝ curſu.Mollierat in puluerem reſoluerat.Tyrio ſucco.purpura Tyria.ſignificat aūt ephippia purpurea fuiſſe. Auro grauidis.grauibus auro et ornatis: atqꝫ auratis.E quibus Iſmenos. maximus natorū Amphionis ꝛ Niobes Iſmenos fuit ab Iſmeno Beotie fluuio/appellatus.Prima ſarcina: primum vteri onus. Nam primogenitus erat. ¶ Quadrupedis:equi.Defluit:decidit.Per inane:per aerem.Sipylus a Sipylo vrbe cognominatus/ cum ſagitte ſtridoreꝫ andiſſet:fugere cepit/ceterū Apollinis ſagittam vitare non potuit. ¶ Frena dabat.equū currere ꝑmittebat.Preſci9.precognoſcēs futuram tēpeſtatē. Sūma ceruice.in colli ſummitate.Extabat.eminebat:extra ſtabat:per qđ ſignificat collū ſagitta fuiſſe tranſfixum. ¶ Per crura admiſſa. propinqua:iūcta:aſtricta.Fedat.maculat:inficit:deturpat.Solito labori:conſuete equorū agitationi. Nitide paleſtre. ſplendide propter oleū:quo ſe luctaturi perungebāt. Paleſtra aūt latine dr̄ lucta.dicta eſt autē a Paleſtra filia Pandoci in triuio habitantis:omneſqꝫ aduenientes interficiētis:quē quidē Mercurius cū ad ip̄m veniſſet:interemit admonit9 a Paleſtra.Vn̄ ꝛ hoſpitū habitacula Pādoceia vocāt.Alij paleſtram deducūt απο της παλης:hoc eſt a puluere:quo luctatorū corpora ꝑfundebātur.Alij απο του παλαιειν: hoc eſt a venādo ꝛ obſeruando aliquam partem corporis aduerſarij:qua ipſum euertere ac in terram deijcere poſſit.Et iam contulerāt:iam inquit luctari ceperant.Arcto nexu. ſtricto amplexu. Concita ſagit.emiſſa:impulſa.Traiecit.tranſfixit.Lumina verſarūt. oculos voluerunt:vt ſolent morientes.Exhalarunt.expirauerunt.ſpōdeus auteꝫ in quinto loco poſitus moram anime a corpore inuite abeūtis ſignificat.Laniataqꝫ pectora plangens. hoc eſt lanians et percutiens pectora ſua ob mortem fratrum . Alleuet . extollat. Precordia.inteſtina: que cordi pretenduntur.In hamis. in hamato ſpiculo . Fatifero. mortifero.Cunqꝫ anima.eorum videtur hoc loco poeta ſequi opinionem : qui ſanguinem anime ſedem eſſe aiunt . ¶ Intonſum. damaſichthona:comatū.Afficit.ꝯficit:interficit.

Niobes filij. Iſmenos.

Paleſtra.

Pādoceia.

An dea ſim dubitor:perqꝫ omnia ſecula cultis
Arceor:o nati niſi vos ſuccurritis:aris.
Nec dolor hic ſolus:diro conuicia facto
Tantalis adiecit:voſqꝫ eſt poſtponere natis
Auſa ſuis:ꝛ me/quod in ipſam recidat:orbam/
Dixit:ꝛ exhibuit linguam ſcelerata paternam.
Deiectura preces erat his Latona relatis:
Deſine Phebus ait:pene mora longa querela eſt.
Dixit idem Phebe:celeriqꝫ per aera lapſu
Contigerant tecti Cadmeida nubibus arcem:
Planus erat:lateqꝫ patens prope menia campus
Aſſiduis pulſatus equis:vbi turba rotarum/
Duraqꝫ mollierat ſubiectas vngula glebas.
Pars ibi de ſeptem genitis Amphione fortes
Conſcendunt in equos:tyrioqꝫ rubentia ſucco
Terga premūt:auro grauidis moderātur habenis.
E quibus Iſmenos:qui matri ſarcina quondam
Prima ſue fuerat:dum certum flectit in orbem
Quadrupedis curſum/ſpumantiaqꝫ ora coercet:
Hei mihi conclamat:medioqꝫ in pectore fixa
Tela gerit:frenisqꝫ manu moriente remiſſis
In latus a dextro paulatim defluit harmo.
Proximus audito ſonitu per inane pharetre
Frena dabat Sipylus:veluti cū preſcius imbres
Nube fugit viſa:pendentiaqꝫ vndiqꝫ rector
Carbaſa deducit:ne qua leuis effluat aura.
Frena tamen dantem non euitabile telum
Conſequitur:ſummaqꝫ tremēs ceruice ſagitta
Heſit:et extabat nudum de gutture ferrum.
Ille vt erat pronus per crura admiſſa iubaſqꝫ
Voluitur:et calido tellurem ſanguine fedat.
Phedimus infelix:et auiti nominis heres
Tantalus:vt ſolito finem impoſuere labori:
Tranſierant ad opus nitide iuuenile paleſtre:
Et iam contulerant arcto luctantia nexu
Pectora pectoribus:contento concita neruo:
Sicut erant iuncti:traiecit vtrunqꝫ ſagitta.
Ingemuere ſimul:ſimul incuruata dolore
Membra ſolo poſuere:ſimul ſuprema iacentes
Lumina verſarunt:animam ſimul exhalarunt.
Aſpicit Alphenor:laniataqꝫ pectora plangens
Euolat:vt gelidos complexibus alleuet artus:

Inqꝫ



Inqꝫ pio cadit officio:nam Delius illi
Intima fatifero rupit precordia ferro.
Quod ſimul eductū eſt:pars eſt pulmonis in hamis
Eruta:cunqꝫ anima cruor eſt effuſus in auras.
At non intonſum ſimplex Damaſichthona vulnus
Afficit:ictus erat qua crus eſſe incipit:ꝛ qua
Mollia nodoſus facit internodia poples.
Dumqꝫ manu tentat trahere exitiabile telum:
Altera per iugulum pennis tenus acta ſagitta eſt.
Expulit hanc ſanguis:ſeqꝫ eiaculatus in altum
Emicat:ꝛ longe terebrata proſilit aura.
Vltimus Ilioneus non profectura precando
Brachia ſuſtulerat:diqꝫ o communiter omnes
Dixerat:ignarus non omnes eſſe rogandos:
Parcite.motus erat:cum iam reuocabile telum
Non fuit:arcitenens:minimo tamen occidit ille
Vulnere:non alte percuſſo corde ſagitta.
Fama mali:populiqꝫ dolor:lachrymeqꝫ ſuorum
Tam ſubite matrem certam fecere ruine.
Mirantem potuiſſe:iraſcentemqꝫ quod auſi
Hoc eſſent ſuperi:quod tantum iuris haberent.

¶ Amphionis mors.

Vxor erat Niobe:ſobolem pia Cynthia noſtram
Oppreſſit:ferro viſcera noſtra fluunt.

Nam pater Amphion ferro per pectus adacto
Finierat moriens pariter cum luce dolorem.
Heu quantum hec Niobe/Niobe diſtabat ab illa:
Que modo Latois populum ſummouerat aris:
Et mediam tulerat greſſus reſupina per vrbem
Inuidioſa ſuis:at nunc miſeranda vel hoſti:
Corporibus gelidis incumbit:ꝛ ordine nullo
Oſcula diſpenſat natos ſuprema per omnes.
A quibus ad celum liuentia brachia tollens:
Paſcere crudelis noſtro Latona dolore:
Paſcere ait:ſatiaqꝫ meo tua pectora luctu:
Corqꝫ ferum ſatia:dixit.per funera ſeptem
Efferor:exulta:victrixqꝫ inimica triumpha.
Cur autem victrix:miſere mihi plura ſuperſunt:
Quam tibi felici.poſt tot quoqꝫ funera vinco.
Dixerat:ꝛ ſonuit contento neruus ab arcu:
Qui preter Nioben vnam conterruit omnes.
Illa malo eſt audax.ſtabant cum veſtibus atris
Ante toros fratrum demiſſo crine ſorores:

ficit.Ictus erat qua crus eſſe incipit: ſignificat illi9 genu fuiſſe ꝑcuſſum. Nā a genu crus incipit:protendit̄ eñ crus a genu vſqꝫ ad talos ex tibia ꝛ ſura cōſtans:vnde cruſculū fit diminutiuū.Internodia poples.internodiū ſpatium dr̄ inter duos nodos ſituꝫ. Poples aūt poſterior genu pars eſt.Quē quidē idcirco nodoſum vocat poeta: ꝙ totum genu ex oſſibus ꝛ neruis cōſtat.Tētat.conatur . Trahere.extrahere.Exitabile.peſtiferum: quod etiā exitiale dr̄.Pēnis ten9.vſqꝫ ad pennas. Tenus aūt poſtponit̄ quidē:ac fere ſi plurali numero coniungit̄ cū genitiuo copulat̄:vt Vergi.Et crurū tenus a mēto palearia pendēt.Cū ſingulari aūt iūcta ablatiuū expoſcit vt Capulo ten9 abdidit enſem.Terebrata aura.ꝑforato aere.Ignar9 non oēs eſſe rogandos:ſola nāqꝫ Latona cū Apolline ꝛ Diana placāda erat. Motus erat arcite.Apollo inquit precib9 Ilionei vltimi Niobes filij mot9 eſt:verum iam ſagittā miſerat irreuocabilē. Certā fecere.admonuere:quod in ſoluta oratione certiorem facere dicimus. Mirantem potuiſſe.deos ſubintelligam9 tot filios ſuos interficere.Tantū iuris.tantum poteſtatis. Adacto ferro.impulſo gladio.Amphion eñ de filioꝝ morte certior factus doloris impatiēs ſeipſum interfecit. Cum luce . cum vita. Heu quātuꝫ Niobe.miſeret̄ poeta Niobes que pauloante ſuperbiſſima:nunc abiectiſſima filiorū morte videt̄ eſſe facta.Diſta.differebat.Latois aris.a Latone altaribus.Naꝫ Latous a Greco ntō Λητώ. deriuatur . Reſupina.ſupba:elata.Inuidioſa.in ſe inuidiā concitās.Vel hoſti.etiā inimicis: non ſoluꝫ amicis.Quod quidem maxime eſt miſerandum:vnde prouerbium in eos qui maxima patiuntur mala a Grecis vſurpatur νιοβης παθη: hoc eſt Niobes paſſiones. ¶ Gelidis.mortuis.Liuentia. pallentia: nigricantia propter percuſſiones.Paſcere crudelis. Niobe morte filiorum in furorē acta Latone inuidiam facit.Eſt aūt repetitio eiuſdem verbi maxime indignātib9 cōueniēs.Cor ferum.cor crudele.Efferor.ad ſepulturā feror. Videbatur enim ſibi Niobe vna cum filijs efferri.Victrixqꝫ.voti compos. Hinc autem ſtulta Niobes ſuperbia colligitur:que ne filiorū quidem morte in Deos maledicta iactare deſinat.Miſere felici.antithethon elegantē maxime reddens orationem.Hec aūt idcirco Niobe furioſa iactat:ꝙ ſeptē ei filie ſupererant.Atris.pullis:nigris.Ante toros ante lectulos fratrum:in quibus erant compoſiti:vt efferrentur.Demiſſo crine.diſſolutis capillis:vt fieri in luctu ſolet. Viſcere in viſceribus. ¶ Impoſito ore fratri. ſignificat eam inter oſculandum fratrem perijſſe. Duplicata.incuruata. ¶ Vulnere ceco.occulto/ quod non apparebat.Oraqꝫ compreſſit. os clauſit.Niſi poſtq̄ ſpiritus ibat.hoc eſt niſi dum ſpiritum emittebat.tunc eñ os nō compreſſerat: ſed apertum tenebat. Illa ſorori immoritur.inherens ſubaudiatur. Sexqꝫ leto datis.ſex interfectis. Occidit. mortua eſt pro qua rogat. Orba reſed . filijs omnibus priuata:id quod ipſa pauloante obiecerat. Latone. ¶ Exanimes inter natos.inter filios mortuos. ¶ Diriguit.rigida ac dura eſt facta. Malis.infortunijs ac liberorum acerbiſſima morte. ¶ Nullos mouet aura capillos.iam.enim. in ſaxum fuerat commutata.

Internodium.

Tenus.

Amphiōis mors.

prouerbiū.

E quibus vna trahens herentia viſcere tela:
Impoſito fratri moribunda relanguit ore.
Altera ſolari miſeram conata parentem
Conticuit ſubito:duplicataqz vulnere ceco eſt:
Oraqz compreſſit:niſi poſtq̄ ſpiritus ibat.
Hec fruſtra fugiens collabitur:illa ſorori
Immoritur:latet hec:illam trepidare videres.
Sexqz datis leto:diuerſaqz vulnera paſſis:
Ultima re ſtabat:quam toto corpore mater
Tota veſte tegens/vnam/minimamqz relinque
De multis:minimam poſco clamauit:et vnam
Dumqz rogat:pro qua rogat:occidit.orba reſedit
Exanimes inter natos:nataſqz/virumqz:
Diriguitqz malis.nullos mouet aura capillos.
In vultu color eſt ſine ſanguine:lumina meſtis
Stant immota genis.nihil eſt in imagine viuum.
Ipſa quoqz interius cum duro lingua palato
Congelat:et vene deſiſtunt poſſe moueri.
Nec flecti ceruix/nec brachia reddere geſtus.
Nec pes ire poteſt.intra quoqz viſcera ſaxum eſt.
Flet tamen:et validi circundata turbine venti
In patriam rapta eſt:vbi fixa cacumine montis
Liquitur:et lachrimis etiam nunc marmora manāt
¶ Tunc vero cuncti manifeſtam numinis iram
Femina virqz timent:cultuqz impenſius omnes
Magna gemellipare venerantur numina diue.
Utqz fit a facto propiore priora renarrant.

¶ Licij ruſtici in ranas.

Cum rane vetuiſtis aquas hauſiſſe paluſtres
Latonam:quid adhuc carpere noctis opus?

E quibus vnus ait.Lycie quoqz fertilis agris
Non impune deam veteres ſpreuere coloni.
Res obſcura quidem eſt ignobilitate virorum:
Mira tamen.vidi preſens ſtagnumqz/locumqz
Prodigio notum.nam me iam grandior euo:
Impatienſqz vie genitor deducere lectos
Iuſſerat inde boues:gentiſqz illius eunti
Ipſe ducem dederat:cum quo dum paſcua luſtro:
Ecce lacu medio ſacrorum nigra fauilla
Ara vetus ſtabat tremulis circundata cannis.
Reſtitit et paruo:faueas mihi murmure dixit
Dux meus:et ſimili faueas mihi murmure dixi.
Naiadum/Fauni ne foret tamen ara rogabam:

Meſtis genis.gene et meroris ⁊ letitie ſunt indices.Congelat.frigida et dura fit.Et vene deſiſtunt poſſe moueri.poſſe palpitare deſinunt.Carebant enim pulſu.Uene autem pro arterijs poſite videntur.Sunt enim arterie conceptacula ſpiritus:vt vene ſanguinis Ceruix.collum per ſynecdochem.Eſt enim ceruix pars colli poſterior.Intra quoqz viſcera ſaxum eſt.etiam inteſtina inquit ſaxea fuerunt effecta.Hoc autem idcirco fictum eſt:ꝙ in liberorum ſepulchro Niobe ſibi lapideam ſtatuam erexiſſe narratur.Flet tamen.Quāuis Niobe in ſaxum fuerit tranſformata:flere tamen videtur.Turbine va.ven. impetu vehementis venti.Eſt enim turbo ventus cum fragore violentus proxima queqz proſternens.In pa.ra.eſt hoc eſt Sipylū delata eſt:vbi etiā nunc flere videtur:quod idcirco fingitur:quia Sipylenum marmor ſudare perhibetur.Liquitur.liqueſcit.Manant la.mittunt lachrymas.

Niobe.
Turbo.
Sipylenū marmor.

Lactātius.

¶ Fabule.iij.ſexti libri Argumentum.

¶ Tunc vero ⁊c.Latona Cei filia:cum Iunonis ira ob adulterium ex Ioue conceptos Apollinem ⁊ Dianam parere non poſſet:et nulla eam errantem regio reciperet:nouiſſime venit in Lyciam:⁊ cū ex ardore eſtus ac longitudine vie ſitim ſedare vellet:ab ijs qui vluā ⁊ iuncum ſecūdū lacū legerēt:ꝓhibita eſt propius accedere.Quāobrē accēſa ira digrediens petijt a dijs vt accole nūq̄ ſtagno carerēt.auditis itaqz precibus eius Iupiter agricolas in ſpeciē ranarū transfigurauit.

Raphael.

☞ Tunc vero cū.narratur⁹ poeta quomodo Latona a quibuſdā Lycie ruſticis bibere ꝓhibita eos in ranas verterit more ſuo q̄dam interſerit:quib⁹ cōmodius fabule iungant.Gemellipare diue.Latone:q̄ gemellos peperit:Apollinem et Dianam.Utqz fit.ac queādmodū fieri ſolet.Renarrāt.cōmemorāt Thebani.Lycie q̄qz fertilis agris.Latona cū Apollinē:Dianāqz peperiſſet:irā Iunonis fugiēs in Lyciā vſqz vna cū infantib⁹ ꝑuenit:vbi feſſa:ſitiqz ꝯfecta cū bibere e quodā ſtacu vellet:a ruſticis q̄buſdam pedibus aquā ꝑculcātibus ꝓhibita fuit:qua iniuria dea indignata eos oēs in ranas ꝯuertit.Lycia aūt eſt Aſie regio finitima Lydie.Spreuere.cōtēpſerūt.Nō impu.nō ſine ſupplicio ſʒ cū maxima pena.Nā in ranas oēs fuerūt ꝯuerſi.Ignobilitate vi.ruſtici nāqz erāt viliſſimi.Prodi.miraculo.No.nobilē.Impatiēs vie.q̄ vie laborē ꝑpter ſenectutē ferre nō poterat.Lectos.electos:egregios.Ducē gē.illi⁹ ducē Lyciū.Luſtro.circūeo ad eligēdos boues.Sacrorum fauilla.ſacrificiorum cinere. Stabat.erecta erat Reſtitit.ſubſtitit.Ex priſcorum aūt conſuetudine nos quoqz ſacella pretereūtes deos rogam⁹:vt nobis ſint adiumēto.Naiadū.Fauni ne foret merito dubitat ⁊ rogat cuiuſnā dei ſit ara:q̄ ē peregrinus.Naiades aūt(vt diximus)nymphe ſunt fontiū:vt ait Heſiod⁹:παρα το ναω qꝺ eſt fluo:ꝙ i fluētis habitēt.Faun⁹ ꝟo de⁹ ē ſilueſtris:q̄ Pā Grece dr:Mercurij ex Penelope vt alij ſcribūt fili⁹:vt ꝟo Duris Samis:ꝓcorū oim vſ̄ ⁊ Pana fuiſſe appellatū.Quidam celi ⁊ terre filiū fuiſſe cōtendūt.Indigeneve dei:q̄ nō aliūde venerit:ſʒ ibi ort⁹ ſit/vbi colit vt hoies indigene vocant q̄ non aliunde venerūt:ſed in ipſis locis q̄ habitāt)originē habuerūt:q̄s greci autochitonas appellāt..

Rutuli:
Ruſtici in ranas.
Lycia.

Retulit:



¶ Retulit:rn̄dit.Montanū numē:qualis eſt Faunus.¶ Regia coniunx.Iuno regis deoꝝ hominūqz vxor.Nā Iuno(vt diximus)cū reſciuiſſet Latonā ex Ioue concepiſſe:illā per totū terrarū orbē exagitauit/ſic vt nuſq̄ conſiſtere poſſet.Orbē interdixit.cū interdico verbū datiuo ⁊ ablatiuo iūgat/orbe mihi legēdū videtur/nō orbē:vt eſt fere in exēplarib⁹ deprauatū.Ut em̄ aqua ⁊ igni interdixiſſe alicui populū Romanū dicimus:ſic orbe Iunonem Latone interdixiſſe poeta elegāter dixit.Erratica Delos:quam errare iſtabilēqz eſſe idcirco poete finxerūt: q̄ crebro terremotu vexabat:donec ex oraculo Apollinis(vt ſcripſi)deſiuerūt illic cadauera ſepelire.¶ Leuis:cā eſt.idcirco em̄ nabat:q̄ leuis erat.Nabat:fluitabat.Nare em̄ ꝓprie dicūtur aīata:fluitare inanimata.Cū Pal.ar.cū oliua.Significat autē illā ⁊ palme ⁊ oliue innixam peperiſſe.Edidit: emiſit:peperit.Inuita no.cōtra volūtatē Iunonis:q̄ nouerca eſſe videbatur Apollinis ⁊ Diane/cū Iouis ſit vxor.Nā ⁊ Latona Iouis ipſi⁹ vxor eſſe videt.Tametſi tres dūtaxat vxores Iuppiter habuiſſe feratur/Iunonē/Cererē/Themin.ex qua ⁊ Mineruā aiūt ſuſtuliſſe.Puerpera:mulier a partu recens puerpera dr.¶ Iāqz Chimerifere.Chimera mōs Lycie carminib⁹ poetarū notiſſimus. Fingitur aūt a poetis fera eſſe pedes habēs ſerpētinos/capre ventrē:caput leonis.flammas vomēs:eo ꝙ ad mōtis radices ſint ſerpētes:in medio capre/leones ad verticē:qui Etne mō ardere dr.Sane Chimerā greci caprā vocāt.Chimerifere:chimeras ferētis.id eſt capras.Ab eſtu ſydereo:a calore ſolis.nā ſydus q̄uis ꝓprie ſignū ex multis ſtellis cōſtās vocet κατ ἐξοχὴν tn̄ interdū pro Sole ponit.Ebiberāt:exuxerāt.Lactētia.lac emittētia.Mediocris aque:nec magne/nec parue.Fruticoſa:parua/vt pote e fruticib⁹ naſcentia.Sunt enim frutices medij inter herbas ⁊ arbores.Legebant:colligebant.Cum iūcis.Iuncus herba eſt paluſtris ſine nodo. Gratāqz pa.vl.Ulua herba eſt in paludib⁹ naſcēs.Uñ etiā paludib⁹ grata ab Oui.ꝓhibet.Poſitoqz genu.elegāter geſtū exprimit de lacu ore aquam haurire volētis.Ruſtica turba vetat.ruſticorū multitudo prohibet. Uſus cōmunis aquaꝝ eſt:iure gētiū aq̄ oib⁹ hoib⁹ ſunt cōmunes.Nec ſolē ꝓpriū.priuatum.Nec tenues vndas:nec labiles aquas. Ad publica munera veni.publica ſunt q̄ nullius q̄dē ſunt:ſed oiū.Sed releuare ſitim:diminuere ⁊ leuē facere.Os loquētis:os meū: q̄ vobiſcū loquor.Et fauces arent:ſicce ſunt Uixqz eſt via vocis:vix emittere vocē poteſt. Hauſt⁹ aque:pot⁹ aque mihi loco nectaris ac ſuauiſſim⁹ erit.Simul vitā dederitis in vndis.poſtq̄ mihi vitā aq̄s inſtaurauerit:videtur eſſe hemiſtichiō Ennij poete:vñ ⁊ dederitis vbi penultima ē ꝑducta.Hi q̄ʒ vos moueāt:infantes em̄ Apollinē ⁊ dianā illis oſtēdit:vt ſaltē eorū etate moueant.Tēdūt:extēdūt:porrigūt.Noſtro ſinu:e noſtro gremio. Prepoſitiões em̄ cū pretermittūtur:ſubaudiēde ſunt.Brachia:man⁹ in quas brachia terminant.Brachiū aūt qui maſculino genere βραχίων effertur a grecis/a breui dictū eſt:quod βραχὺ vocāt Greci.Hi tamē orātem.pulchre ruſticorū ſeruatur decorū/qui rogati contumacius/ſuperbiuſqz ſe gerunt. Perſtāt:perſeuerāt:et inſtāt.Cōuitia:contumelias.Mouere:ꝯmouerūt.Saltu maligno hyppallage eſt.ipi nāqz maligni intelligunt. Diſtulit ira ſiti:hoc eſt ira fuit cauſa differēde ac ꝓlōgāde ſitis.Filia Cei.Latona.Ultra:vlteri⁹.Minora dea:humiliora:q̄ vt dee cō-

Interdico.
Delos erratica.
Nare.
Fluitare.
Chimera.
Sidus.
Iuncus.
Ulua.
Brachiū.

Indigeneve dei:cum talia rettulit hoſpes.
Non hac o iuuenis montanum numen in ara eſt.
Illa ſuam vocat hanc/cui quondam regia coniunx
Orbe interdixit:quam vix erratica Delos
Errantem accepit tunc:cum leuis inſula nabat.
Illic incumbens cum Palladis arbore palme/
Edidit inuita geminos Latona nouerca:
Hinc quoqz Iunonem fugiſſe puerpera fertur:
Inqz ſuo portaſſe ſinu duo numina natos.
Iamqz Chimerifere cum Sol grauis vreret arua:
Finibus in Lycie/longo dea feſſa labore
Sydereo ſiccata ſitim collegit ab eſtu:
Uberaqz ebiberant auidi lactentia nati.
Forte lacum mediocris aque proſpexit in imis
Uallibus:agreſtes illic fruticoſa legebant
Uimina cum iuncis:gratamqz paludibus vluam.
Acceſſit:poſitoqz genu Titania terram
Preſſit:vt hauriret gelidos potura liquores.
Ruſtica turba vetat.dea ſic affata vetantes.
Quid prohibetis aquas?vſus cōmunis aquarū eſt
Nec Solem proprium natura/nec aera fecit:
Nec tenues vndas.ad publica munera veni.
Que tamen/vt detis:ſupplex peto.non ego noſtros
Abluere hic artus:laſſataqz membra parabam:
Sed releuare ſitim:caret os humore loquentis:
Et fauces arent:vixqz eſt via vocis in illis:
Hauſtus aque mihi nectar erit:vitamqz fatebor
Accepiſſe:ſimul vitam dederitis in vndis.
Hi quoqz vos moueant:qui noſtro brachia tendunt
Parua ſinu:et caſu tendebant brachia nati.
Quem non blanda dee potuiſſent verba mouere?
Hi tamen orantem perſtant prohibere:minaſqz
Ni procul abſcedat:cōuiciaqz inſuper addunt.
Nec ſatis eſt:ipſos etiam pedibuſqz/manuqz/
Turbauere lacus:imoqz e gurgite mollem
Huc/illuc limum ſaltu mouere maligno.
Diſtulit ira ſitim:neqz enim iam filia Cei
Supplicat indignis:nec dicere ſuſtinet vltra
Uerba minora dea:tollenſqz ad ſydera palmas:

uenientia ſunt. Eternū ſemper/et inetenuz. nomen pro aduerbio poſitū. Et modo tota. eleganter ranarum ⁊ naturā ⁊ coꝛpus deſcribit poeta. Sūmo gurgite/in ſummitate gurgitis et ſtagni. Turpes linguas: contumelioſas. Patulos rictus: hiantia oꝛa. Colla intercepta de medio reciſa. nam rane collo carēt. Spina viret: tergum viride eſt.

Lactātius. ℂ Fabule .iiij. Sexti libꝛi argumentum.

ℂ Sic vbi neſcio quis ⁊c. Satyꝛus nomine Marſias dum cū Apolline tibijs contendit: quas Minerua inueniſſe ꝑditur: ꝑ audaciā ꝙ deo cedendū non putaret: ſuſpenſus a cute eſt nudatus tergoꝛe: quē nymphe ac Satyri: ceteriq̄ꝫ ruris incole ita fletu ꝓſecuti ſunt ꝙ eiꝰ cātu carituri eſſent: ita vt lachꝛymis eorū flumē increuerit: qđ eius nomine in Phꝛygia Marſias prioꝛibꝰ noſtris nūcupari vr̄.

Raphael. ☞ Sic vbi neſcio quis. ignobilem hac locutiōe eum fuiſſe ſignificat: q̄ ſuperioꝛē retulit fabulā. Exitiū ſatyꝛi: calamitoſū exitū.

Marſias in fluuiū. Marſias autem Satyꝛus fuit tibias inflādi adeo peritus: vt cū Apolline certare ſit auſus: quē ſuperatum indignatus Apollo pelle atqꝫ cute priuauit. Ex eius ꝟo coꝛpe tātus defluxit ſanguis: vt a terra exceptus in fluuiū fuerit cōmutatus: qui a Satyꝛi noīe Marſias fuit appellatꝰ. Eſt aūt Phꝛygie fluuiꝰ in Meandrū labēs. Reminiſcit. in memoꝛiā reducit/ cōmemoꝛat.

Latous. ℂ Latous: Apollo Latone filiꝰ.

Tritonia. Tritoniaca harundine: tibia ex harundine Tritoniaca cōfecta/eſt em̄ metonymia. Tritonis aūt palꝰ eſt Libye/iuxta quā Pallas virginali habitu apparuiſſe fert: vn̄ Tritonia vocat. Affecit pena: puniuit ⁊ victus eſt. Quid me mihi detrahis: cur mihi meā pellē diripis: ℂ Ah non eſt tāti: vt ego hac pena affici debeā. ℂ Micāt: palpitāt.

Fibꝛe. ℂ Fibꝛas: fibꝛe venule ſūt minoꝛes.

Bucera armenta. Armēta bucera: hoc eſt boues valde coꝛnutos: ζου nāqꝫ particula eſt intentiua: κερας aūt đr coꝛnu. Cōcepit: excepit. Ripis decliuibꝰ: pꝛonis atqꝫ inclinatis. Liq̄diſſimꝰ: puriſſimꝰ: lipidiſſimꝰ.

ℂ Fabule .v. ſexti lib. Argumentū.

Lactantiꝰ. ℂ Talibus ⁊c. Tantalꝰ epulis Jouis cū intereſſet: ⁊ cū vellet experiri an futura ꝓſpiceret/inuitato ad epulas Pelopē nothū ex filijs iteremit: viſceraqꝫ eiꝰ reliq̄s dapibꝰ imiſcuit. Quo ꝓ merito punito/mīa deoꝝ q̄ cōuiuij pticipes fuerāt ptes viſceꝝ Pelopis ꝯpoſuerūt: ⁊ humerꝰ q̄ defuerat effectꝰ ē de eboꝛe.

Raphael. ☞ Talibꝰ exēplis. hec ad cōtinuā fabularū cōnexionē a poeta narrant. Ad p̄ſentia: mala ⁊ ifoꝛtunia Amphionis ⁊ Niobes. Mater i inidia eſt. Niobes em̄ ſupbia cā fuit moꝛtis liberoꝝ. Fleſſe Pelops: merito/ cuꝫ Niobes

Pelops. frater eēt. pelops ei tātali fuit filiꝰ/quē coctū pr̄ Dijs epulādū: vt an oīa ſcirēt/expiret/cū appoſuiſſet: oēs q̄dē preter vnā Cererē ab eo abſtinuerūt: collectiſqꝫ in vnū Pelopis mē-

Eburneꝰ. bꝛis euocata a Mercurio aīa eiꝰ ab inferis priſtine ipm vite reſtituerūt. Sed cū ei ſiniſtrū deeſſe humerū aiaduertiſſent/eburneū

Pelopis humerus. affixerunt: ſicqꝫ Pelops vite integer fuit reſtitutus. Tātalus vero ad inferos detruſus ſiti in aquis ac fame in ſumma pomoꝛū copia labo at. Suas veſtes: purpureas ac ſibi conueniētes/illis enim depoſitis lugubꝛes: ac pullas ſumpſit. Coꝛpoꝛeus: ex carne: nam coꝛpus pꝛopꝛie viuentiū: caro moꝛtuoꝛū dicitur/a cadēdo deducta: vt iam ſepius diximus.

Caro. Ceſa mēbꝛa. trucidata. Qui locꝰ eſt iuguli:

Eternum ſtagno (dixit) viuatis in iſto.
Eueniunt optata dee: iuuat eſſe ſub vndis:
Et modo tota caua ſummergere membꝛa palude:
Nunc pꝛoferre caput: ſummo modo gurgite nare.
Sepe ſuper ripam ſtagni conſiſtere: ſepe
In gelidos reſilire lacus: ſed nunc quoqꝫ turpes
Litibus exercent linguas: pulſoqꝫ pudoꝛe
Quāuis ſint ſub aqua: ſub aqua maledicere tentant.
Vox quoqꝫ iam rauca eſt: inflataqꝫ colla tumeſcunt:
Ipſaqꝫ dilatant patulos conuicia rictus.
Terga caput tangunt: colla intercepta videntur:
Spina viret: venter pars maxima coꝛpoꝛis albet:
Limoſoqꝫ noue ſaliunt in gurgite rane.

ℂ Marſia in fluuium.

Marſia ſum fluuius Phꝛygie: mihi pellis adempta eſt/
Qđ me Latous vicit Apollo lyꝛa.

ℂ Sic vbi neſcio quis licca de gente viroꝛum
Rettulit exitium: Satyꝛi reminiſcitur alter:
Quem Tritoniaca Latous harundine victum
Affecit pena: quid me mihi detrahis inquit:
Ah piget: ah non eſt: clamabat/tibia tanti:
Clamanti cutis eſt ſummos direpta per artus:
Nec quicq̄ꝫ niſi vulnus erat: cruoꝛ vndiqꝫ manat:
Detectiqꝫ patent nerui: trepideqꝫ ſine vlla
Pelle micant vene. Salientia viſcera poſſes/
Et pellucentes numerare in pectoꝛe fibꝛas.
Illum Ruricole ſyluarum numina fauni/
Et ſatyꝛi fratres: et tunc quoqꝫ clarus Olympus/
Et nymphe flerunt: et quiſquis montibus illis
Lanigeroſqꝫ greges/armentaqꝫ bucera pauit.
Fertilis immaduit: madefactaqꝫ terra caducas
Concepit lachꝛymas: ac venis perbibit imis:
Quas vbi fecit aquas: vacuas emiſit in auras.
Inde petens rapidum ripis decliuibus equoꝛ:
Marſia nomē habet: Phꝛygie liq̄diſſimus amnis.

ℂ Pelopis humerus eburneus.

Saxea facta ſoroꝛ/Pelopi mihi eburneus ecce
Eſt humerus: genitoꝛ maxima cauſa fuit.

ℂ Talibus exemplis redit ad preſentia dictis
Vulgus: et extinctum cum ſtripe Amphiona luget:
Mater in ſinuidia eſt: hanc tunc quoqꝫ dicitur vnus
Fleſſe Pelops: humeroqꝫ ſuas a pectoꝛe, poſtq̄ꝫ
Deduxit veſtes: ebur oſtendiſſe ſiniſtro.
Concoloꝛ huic humerus naſcendi tempoꝛe dextro/

Coꝛpoꝛeuſqꝫ



guli. periphꝛaſis eſt humeri: nam eſt medius inter iugulum ⁊ bꝛachij ſummitatem. In vſum: in locum: ⁊ officium Partis non comparentis: humeri non inuēti. Illo facto: illo deoꝛum beneficio.

ℂ Fabule ſexte et ſeptime ſexti libꝛi argumentum.

Lactātius. ℂ Finitimi ⁊c. Tereus Martis filiꝰ/Thꝛacum rex cum auxilia multis regibus ferret: Pādioni quoqꝫ Athenis roganti cum a pꝛoximis ciuitatibꝰ oppugnaret nō defuit. Quāobrē filiā Pꝛognē illi in matrimoniū dedit: que depoꝛtata in mariti regnū/cū intercapedine ſoroꝛē Philomelā deſyderaret: petijt a Tereo vt ꝓficiſceret Athenas: ſoroꝛē ſibi ad ſolēne ſacrificiū vt adduceret. Qui vt Athenas ꝑuenit: ſoceri vſus hoſpitio i Philomele incidit amoꝛē: quā ſecū digreſſus mādato cōiugis duxit in Thꝛaciā: ⁊ ſtabulis clauſit: vt ad eā ſine ſuſpitiōe cuiuſq̄ꝫ ſepiꝰ cōmearet: ac ne eloqui poſſet cōmiſſa: linguā trūcauit: ⁊ coniugi eſt mētitus: dixit em̄ ſoroꝛem eius interijſſe. At Philomela ea/q̄ lingua pꝛodere nō poterat veſte intexuit notis lr̄arū: q̄ ſoroꝛi dedit vni perferēda: qua inſpecta: illa cū ꝯiugis libidinē: caſumqꝫ germane cōperiſſet: conſtituit ſe ſacra celebꝛare Libero patri: ⁊ moꝛe bacchātis ad ſtabula venit: ſoroꝛēqꝫ raptā in regiā duxit: filium Ityn interemit: ⁊ dapibus immiſcuit: quibus expletis Tereus filiū cū deſyderaret Ityn: nouiſſime caput eius in ſinū abiecerunt: dicentes: Intus habes quem deſyderas. Tereus cū intellexiſſet ſcelus ſcelerevltū eſſe coniugē: ⁊ ſoroꝛē coniugis dū perſequitur deoꝛum voluntate verſi ſunt i aues: Pꝛogne in hyrūdinē: Philomela in luſciniā: Tereus in vpupam: Itys in phaſianum.

Raphael. ☞ Finitimi pꝛoceres coeunt. cōueniūt: congregātur. Hec aūt idcirco narrant: vt quas metamoꝛphoſes eſt deſcripturꝰ: cōmodius cū pꝛioꝛibus cōnectantur. Nam Tereus rex Thꝛacum: cum Athenas obſidione liberaſſet accepta i vxoꝛē Pꝛogne Pādionis regis filia in Thꝛaciā redijt: vbi cū iā filiū ſuſcepiſſet: rogatus ab vxoꝛe/vt aut ſe Athenas deduceret: aut ſaltem ad ſe Philomelā ſoroꝛē accerſeret: pꝛofectus ipſe philomelā quideꝫ a patre accepit/ſed cū in Thꝛaciā perueniſſet: nō ſolū ei vim intulit: ſed linguam etiam (ne vulgare ſcelus poſſet) amputauit: ac ſuis ſtabulis mancipauit. Ceterum philomela tanta crudelitate ſtimulata totum infoꝛtuniū ſuū in velo deſcriptum ſoroꝛi indicauit. pꝛogne vero furijs accēſa/Bacchi ſacra ſe celebꝛare ſimulās: vna cū Bacchis ad ſoroꝛē venit: eāqꝫ ſecum pāpinis tectā in vꝛbē adduxit: in cubiculoqꝫ ſuo occultauit: ꝑfectis vero bacchi ſacrificijs pꝛogne Ityn communē filiū interemit: cuius carnes coactas patri appoſuit comedēdas. Cū vero tereꝰ Ityn filiū inter cenādū frequenter vocaret: philomela cubilo exiliēs caput filij ac pedes in Tereū cōiecit: q̄ ſtricto enſe cū ambas ꝓſequeret: ipſe q̄dē in vpupā: Itys in phaſianū: ꝓgne in hirūdinē: philomela in luſciniā cōuerſi fuiſſe narrantur.

Tereus Pꝛogne et Philomela in aues. Oꝛauere ire. poetica eſt locutio: nam oꝛauere vt irēt: in ſoluta oꝛatione diceremus. Ad ſo. ad conſolationem pelopis: cuius ſoroꝛ Niobe cum omnibus liberis fuerat extincta.

Argos. ℂ Argoſqꝫ. Argos vꝛbs eſt clariſſima peloponneſi/q̄ varijs noibus eſt cognominata. Nam ⁊ vꝛbs phoꝛonica/et

Argos varijs noibꝰ cognoīatū. Egiale appellatur/⁊ Argos Hippoboton ⁊ Hippiū/ꝙ Neptuni equis paſcua ſuppeditauit/Dipſion quoqꝫ ꝓpter aquarū penuriam. Ab Argo aūt cōditoꝛe vr̄ eſſe dictū: vt ſcribit Stephanus Grecus auctoꝛ i opeqꝫ de vꝛbibus compoſuit. Undecim vero vꝛbes hoc noīe appellant. Eſt. n. Argos qđ Amphilochicō dicit in Theſſalia. in Cilicia/que nūc Argiopolis appellatur. in Niſyꝛo inſula/vna ex Cycladibus/ iuxta Trezena. in Macedonia. in Scythia qđ Argos Oꝛeſticū vocat. in Caria/Argos pheacū/Argos Argolicū/ac fere oīs maritima planicies Argos vocat.

Sparta. Et Sparte. regio Laconica ſparta fuit appellata a Spartis Cadmi/hoc eſt a ſeminatis a Cadmo/qui eam tenuiſſe a Timagoꝛa ſcribuntur. Pelopeiadeſqꝫ Mycene.

Mycene. Mycene vꝛbs eſt Pelopōneſi/a Myceneo Spartonis Phoꝛonei fratris filio: denominate/ quas Pelops auxiſſe fert: vn̄ ⁊ Pelopeiadas vocat eas poeta. Et nōdū Calydō. vꝛbs eſt a Calydōe Endimionis filio cognominata. Nōdū inuiſa: nondū odio habita. Nondum enim Oeneus Calydonie rex in ſe Dianam concita-

Calydon. rat: nam cum dijs omnibus alijs ſacrificaſſet: diana irata apꝛum immiſit: qui totam Calydoniam deuaſtauit. Oꝛchomenoſqꝫ ferax. fertilis. Oꝛchomenos vꝛbs ē Beotie Theſſalie: et Arcadie: ⁊ Ponti. Mons eſt etiam inter Macedoniam ⁊ Theſſaliam nomine Oꝛchomenos: vt ſcri. Apollonij enarratoꝛ. Ab Oꝛcho-

Oꝛchomenos. meno autem ionis ⁊ Heſiones filio nomen ⁊ vꝛbi ⁊ monti inditum fuit. Et nobilis ere Coꝛinthos: claram ereis vaſis: q̄ Coꝛinthia vocātur.

Meſſene. Meſſeneqꝫ ferox. Meſſene ⁊ vꝛbs ⁊ regio eſt Peloponēſi: altera ē in Sicilia: vn̄ Meſſenius poſſeſſiuuꝫ declinat.

Patre. Patreqꝫ. coꝛrupte triſſyllabū legitur/Patre nāqꝫ diſſyllabū vꝛbs eſt Achaie: de qua hoc loco ſentit Oui.

Cleone. Humileſqꝫ cleone. vꝛbs ē Arcadie parua.

Pylos. Et Nelea Pylos. vꝛbs eſt in Meſſenia: in qua regnauit

Neleus. Neleus Neſtoꝛis pater. Nec adhuc Pitheia Trezen. Trezen vꝛbs eſt Pelopōneſi: a Trezene Pelopis filio que varijs noibus eſt appellata. Nam ⁊ Aphꝛodiſias ⁊ Saronia ⁊ Poſi-

Trezen varijs noibꝰ appellata. donias ⁊ Apolonias ⁊ Antanis fuit cognomiata. Eā ꝟo Pittheiā nōdū fuiſſe ait/ꝙ Pittheꝰ Ethꝛe mr̄is Theſei pr̄ nōdū ibi regnauerat. Ab Iſthmo bimari. Iſthmꝰ breuis đr terra inter duo maria ꝯſtituta: Iſthmꝰ

Iſthmus. vero Pelopōneſi ⁊ Egeo mari/⁊ Jonio alluit. Intra Iſthmū aūt ſunt Pelopōneſi vꝛbes: extra vero Achaie. Credere quis poſ. hec interrogatio eo ſpectat: vt ſignificet Athenienſes et humaniſſimos: et officioſos maxime fuiſſe. Subiectaqꝫ ponto. adiecta mari Euxino. Reges enim Aſie bellum Athenienſibus indixerant.

Coꝛpoꝛeuſqꝫ fuit: manibus moꝛ ceſa paternis
Membꝛa ferunt iunxiſſe deos: alijſqꝫ repertis:
Qui locus eſt iuguli medius: ſummiqꝫ lacerti
Defuit: impoſitum eſt non comparentis in vſum
Partis ebur: factoqꝫ Pelops fuit integer illo.
ℂ Finitimi pꝛoceres coeunt: vꝛbeſqꝫ pꝛopinque
Oꝛauere ſuos ire ad ſolatia reges:
Argoſqꝫ/et Sparte/Pelopeiadeſqꝫ Mycene:
Et nondum toꝛue Calydon inuiſa Diane:
Oꝛchomenoſqꝫ ferax: et nobilis ere Choꝛinthos/
Meſſeneqꝫ ferox: Patreqꝫ/humileſqꝫ Cleone/
Et Nelea Pylos/nec adhuc Pittheia Trezen:
Queqꝫ vꝛbes alie bimari clauduntur ab Iſthmo:
Exteriuſqꝫ ſite bimari ſpectantur ab Iſthmo.
Credere quis poſſet: ſole ceſſaſtis Athene.
Obſtitit officio bellum: ſubiectaqꝫ ponto
Barbara Cecropios terrebant agmina muros.

¶Philomena/Prognes/Tereus/Itys in aues.
Facta ego que miſere pellex Philomena ſororis:
Ales ſum: Progne: ſicqȝ maritus: Itys.

Threicius Tereus hec auxiliaribus armis
Fuderat: ⁊ clarum vincendo nomen habebat:
Quem ſibi Pandion opibuſqȝ/viriſqȝ potentem:
Et genus a magno ducentem forte Gradiuo
Connubio Prognes iunxit: non pronuba Juno:
Non Hymeneus adeſt: illi non Gratia lecto.
Eumenides tenuere faces de funere raptas.
Eumenides ſtrauere torum: tectoqȝ profanus
Incubuit bubo: thalamiqȝ in culmine ſedit.
Hac aue coniuncti Progne/Tereuſqȝ/parentes
Hac aue ſunt facti: gratata eſt ſcilicet illis
Thracia: dijſqȝ ipſi grates egere: diemqȝ
Quoqȝ data eſt claro Pandione nata Tyranno:
Quoqȝ erat ortus Itys/feſtum iuſſere vocari.
Uſqȝ adeo latet vtilitas. iam tempora Titan
Quinqȝ per autumnos repetitis duxerat annis:
Cum blandita viro Progne: ſi gratia dixit
Ulla mea eſt: vel me viſendam mitte Sorori:
Uel Soror huc veniat: redituram tempore paruo
Promittes ſocero: magni mihi muneris inſtar
Germanam vidiſſe dabis: iubet ille carinas
In freta deduci: veloqȝ ⁊ remige portus
Cecropios intrat: Pyreeaqȝ littora tangit.
Ut primum Soceri data copia: dextera dextre
Jungitur: infauſto committitur omine ſermo.
Ceperat aduentus cauſas mandata referre
Coniugis: ⁊ celeres miſſe ſpondere recurſus.
Ecce venit diues magno Philomela paratu/
Diuitior forma: quales audire ſolemus
Naiadas/⁊ Dryadas medijs incedere ſiluis:
Si modo des illis cultus: ſimileſqȝ paratus.
Non ſecus exarſit conſpecta virgine Tereus:
Quam ſi quis canis ignem ſupponat ariſtis:
Aut frondem: poſitaſqȝ cremet fenilibus herbas.
Digna quidem facies: ſed ⁊ hunc innata libido
Extimulat: pronumqȝ genus regionibus illis
In Venerem: ⁊ flagrat vitio/gentiſqȝ: ſuoqȝ.
Impetus eſt illi comitum corrumpere curam:
Nutriciſqȝ fidem: necnon ingentibus ipſam
Sollicitare datis: totumqȝ impendere regnum:

Threicius Tereus. Thracius. Tereus autẽ filius fuit Martis/ac Thracie rex: vt diximus. Fuderat. fregerat: in fugã cõuerterat. A magno Marte. Gradiuus em̃ Mars a latinis dictus eſt: ꝙ gradatim in bellũ eatur. Non pronuba Juno. nubentibus feliciter puellis Juno pronuba preeſſe credit. Hinc autẽ facile colligit: quale futurum ſit Terei ⁊ Prognes cõiugium. Nõ Hymeneus. nuptiarũ deus. Nõ gratia. gratie ſunt tres dee perpetue Ueneris comites: que a Grecis Χαριτες vocantur: quarũ noĩa ſunt Aglaia: Thalſia: Euphroſine. Illi lecto. illis nuptijs/a parte namqȝ totũ intelligimus per ſynecdochẽ. Eumenides tenuere faces. furie inquit infernales pretulerũt faces noue nupte/quas de funere rapuerunt. Profanus bubo. execrandus: eſt nãqȝ auis peſſimi ominis bubo. Hac aue. hoc augurio. Gratata eſt. ſ. illis Thracia metonymia eſt. Thracia em̃ pro Thracibus poſita eſt. Thracia vero: que ⁊ Thrace dr: a Thrace Oceani filia eſt cognominata: cum qua Saturnus concubuit: ac Doloneum ſuſtulit: vñ populi eiuſdem Thracie dolonei. Gratata. gratulata. Dijſqȝ ipſi. Tereus ⁊ Progne gratias dijs egerũt. Quaqȝ da. eſt. quo legendum eſſe facile ex eo quod infertur adiectiuo colligi poteſt. Uſqȝ adeo ia. vti. acclamatio in hominum inſcitiam loco maxime cõueniens. Jam tẽpora Ti. hoc eſt iam quinqȝ tranſierant anni. Si gra. Ulla mea eſt: ſi quid apud te poſſum. Magni muneris inſtar. equiparationem magni muneris. Nã inſtar modo ad ſimilitudinẽ: mõ ad equiparationẽ ſignificat: nec recipit propoſitionem eſtqȝ indeclinabile nomen. Cecropios portus. Athenienſes. Pyreeaqȝ littora tangit. Attica. nã Pyreeus promontoriũ eſt Attice: vt ſcri. Ptolo. vñ Athenarũ portus Pyreeus fuit appellatus. Ut primum ſoceri data copia. cum primum inquit Tereus ad Pãdionem ſocerũ fuit admiſſus: ⁊ dextram dextre iunxit: ⁊ Prognes mãdata referre cepit. Recurſus celeres. veloces reditus. Miſſe. Philomele. Que quidem nondum fuerat miſſa: ſed ſi miſſa fuiſſet/celerẽ pollicebat Tereus reditũ. Magno paratu: ornatu. Forma. pulchritudine. Naiadas ⁊ Dryadas nymphas q̃ formoſiſſime eſſe videntur. Nõ ſecus. quãto Philomele ardore Tereus fuerit inflammatus aperte his ſimilitudinibus declaratur. Canis ari. flauis. Cremet. cõburat. Fenilibus. fenilia feni dicuntur repoſitoria. Digna quidem facies. facies inquit Philomele digna quidez erat amari cũ ab alijs omnibus: tum vero a Tereo: qui maxime ingenita libidine in mulieres ſtimulabatur. Pronumqȝ genus. Thraces enim maxime in Venerem ſunt proni. Curam. cuſtodiam. Jngentibus datis. maximis donis. Et nihil eſt qđ non effreno captus amore Auſit: ſententia eſt generalis: quis ad Tereum proprie referri videatur. Effreno amore. ab effectu: ꝙ effrenatos ac diſſolutos homines reddat. Nec cap. iam enim Terei amor in Philomelã detegebatur. Cupi. ore. hypallage eſt. Jpſe em̃ cupidus intelligitur ad mandata Prognes ore reuerti. hoc eſt ad commemorãda Prognes mandata. Et agit ſua vo. ſub illa. ſub ſimulatione inquit Prognes voluntatis ſue vota peragere conatur Tereus. Facundam faciebat amor. facundus dicitur qui facit verbis

Gradiuus

Inſtar.

Pyreeus.

Fenilia.

Thraces ſunt luxurioſi.





Aut rapere: et ſeuo raptam defendere bello.
Et nihil eſt: quod non effreno captus amore
Auſit: nec capiunt incluſas pectora flammas.
Jamqȝ moras male fert/cupidoqȝ reuertitur ore
Mandata ad Prognes: et agit ſua vota ſub illa.
Facundum faciebat amor: quotieſqȝ rogabat
Ulterius iuſto: Prognen ita velle ferebat.
Addidit et lachrymas: tanꝗ mandaſſet et illas:
Proh Superi: quantum mortalia pectora cece
Noctis habent: ipſo ſceleris molimine Tereus
Creditur eſſe pius: laudemqȝ a crimine ſumit.
Quidꝙ idem Philomela cupit: patrioſqȝ lacertis
Blanda tenens humeros: vt erat viſura Sororem:
Perqȝ ſuam/contraqȝ ſuam/petit illa ſalutem.
Spectat eã Tereus: precontrectatqȝ videndo:
Oſculaqȝ: et collo circundata brachia cernens:
Omnia pro ſtimulis/facibuſqȝ/ciboqȝ/furoris
Accipit: et quoties amplectitur illa parentem/
Eſſe parens vellet: neqȝ enim minus impius eſſet.
Uincitur amborum genitor prece: gaudet/agitqȝ
Jlla patri grates: et ſucceſſiſſe duabus
Jd putat infelix: quod erat lugubre duabus.
Jam labor exiguus Phebo reſtabat: equiqȝ
Pulſabant pedibus ſpatium decliuis Olympi.
Regales epule menſis/et Bacchus in auro
Ponitur: hinc placido dantur ſua corpora ſomno.
At rex Odryſius quamuis ſeceſſit ab illa:
Eſtuat: et repetens faciem/motuſqȝ/manuſqȝ/
Qualia vult fingit: que nondum vidit: et ignes
Jpſe ſuos nutrit: cura remouente ſoporem.
Lux erat/et generi in dextram complexus euntis
Pandion: comitem lachrymis commendat obortis.
Ut voluere ambe/voluiſti tu quoqȝ Tereu:
Hanc ego chare gener: quoniam pia cauſa coegit:
Do tibi: perqȝ fidem/cognataqȝ pectora ſupplex:
Per ſuperos oro: patrio vt tuearis amore.
Et mihi ſollicito lenimen dulce ſenecte/
Quãprimum (oĩs erit nobis mora longa) remittas.
Tu quoqȝ quãprimum (ſatis eſt procul eſſe ſororez)
Si pietas vlla eſt: ad me Philomela redito.
Mandabat: pariterqȝ ſue dabat oſcula nate:
Et lachryme mites inter mandata cadebant.

verbis quicqđ vult. Ulterius iuſto. vltra ꝙ honeſtũ foret. Proh ſuperi. exclamatio in hominum cecitatẽ. Quantum mortalia pectora ce. Noctis habẽt: in quãta rerũ omniũ inſcitia hominũ animi verſantur. Jpſo molimine: ipſa preparatione. Contra ſuã ſalutẽ: quia a Tereo nõ ſolũ ſtuprata/ſed etiam lingua fuit priuata. Precõtrectatqȝ vidẽdo: hoc eſt ante oculis ꝙ manibus ſibi eã contrectare videt. Neqȝ enim minus impius eſſet: nã etiã ſi pater eẽt cũ filia rez haberet. Genitor: pater Pãdiõ. Eſt autẽ cauſa cur fuerit victus: morem enim gerit quia pater. Amborũ prece: Terei: et Philomele. Succeſſiſſe: feliciter eueniſſe. Duabus: ſibi ⁊ Progne ſorori. Lugubre. triſte et luctus cauſa futurũ. Jã labor exiguus Phebo. ſignificat finẽ diei aduenisſe. Phebo. apollini: qui interdiu in regendo ſolis curſu occupatus eſſe/per noctem vero quieſcere vulgo videtur. Eſt ergo ſenſus ex opinione vulgari conceptus. Equiqȝ Pulſabãt. equi inquit ſolis iam peruenerãt in occidẽtalem celi partẽ. Spatium. partem. Decliuis olympi. celi deorſum vergẽtis: quo cum peruenerint equi ſolis in Oceanum deſcendere videntur. Regales epule menſis: ⁊ Bacchus ⁊c. Mira breuitate apparatũ cene deſcribit. que apud priſcos hora nona fieri ſolebat: quã eãdẽ eſſe cũ viceſima prima/cũ ex alijs multis/tũ ex Plinij epiſtolis collegimus. Bacchus: vinũ. Jnuẽtor enim pro re inuẽta frequẽter ponitur a poetis: vt illud Terẽtianum. Sine Cerere ⁊ Libero friget venus. At rex Orthyſius: ſic quidẽ fere legitur/ſꝫ odryſius per d legẽdũ eſt: nã Odryſe populi ſunt Thracie/⁊ Odryſa vrbs eorũ/que ⁊ Odryſia dicit: vnde Odryſius deriuat. Eleganter aũt amãtũ cogitationes deſcribit poeta. Eſtuat. ardet/hec autẽ particula tamẽ eſt ſubaudienda. Que nõdum vidit. partes corporis/que veſtibus tecte erãt accipiende ſunt. Cura remouẽte ſoporẽ. amore ſomnũ repellẽte. Lux erat. dies aduenerat. Generi euntis. recedere cupiẽtis Terei. Quoniam pia cauſa coegit. pium nãqȝ eſt ſororem ſorori mittere videndam. Tuearis. defendas atqȝ cuſtodias. Mihi ſollicito. anxio de filie abſentia. Lenimẽ. ſolamẽ. Satis eſt inquit qđ Progne longe a me abeſt. Mandabat. mandata dabat. Dextras vtraſqȝ. et Terei ⁊ Philomele. Natamqȝ/nepotẽqȝ. et Prognem ⁊ Jtyn. Pro ſe nomine ſuo/⁊ ſuis verbis. Memori ore: memores ipſi. eſt enim hypallage. Supremũqȝ. et vltimo loco/inquit/vix potuit dicere vale. Pleno ſing. ore. geſtum exprimit patris de filia a ſe recedẽte admodũ ſolliciti. Jta nanqȝ Pãdiõ ſingultibus impediebat: vt vix potuerit dicere vale. Preſagia diuinatiões. Eſt em̃ preſaga mali mẽs. Admotumqȝ fre. re. hypallage eſt/mari nãqȝ remi/non mare admouetur remis. Tũc autem remi admoueri dicuntur mari/cum remigatur: nauiſqȝ remis impellitur. Telluſqȝ re. eſt. ex vulgari hoc dictũ eſt opinione/terra nanqȝ/que eſt immobilis retro pelli a remigantibus videtur. Vicimus exclamat. barbari/et ab omni ciuilitate alieni hominis mores exprimuntur. Barbarus. cauſa eſt: cur vix differret ſua gaudia. quia barbarus et a bonis moribus alienus. Lumen detorquet ab illa. Lumen oculos. Joui ſales. aquila/que ꝙ nunꝗ fulmine tangitur/ſub Jouis tutela eſſe perhibetur.

Odryſius

Preſagia.

Aquila.

Als vtq; ſi de. Spectat ſua pre.ra. ordo eſt et ſenſus. Non aliter Tereus ſpectabat Philomelam/q̃ Jouis ales raptor ſpectat ſua premia:cum ipſe predator depoſuit nido leporem aduncis pedibus.reliqua per parentheſim leguntur.Jã q; iter eſſe.confectum/perfectum. Jam enim in Thraciam fuerant aduecti. Tametſi cum alij ſcriptores:tũ Strabo apud daulida phocidis vrbẽ/quam & Dauliã vocatam eſſe ait: ea omnia que de Tereo/Progne/Philomela/et Jty ferũtur/geſta eſſe teſtãtur/ibi nãq; Tereum ipſum regnaſſe. Uerum Ouidius illum regem Thracie fuiſſe ſcribit/illaq; omnia in Thracia fuiſſe perpetrata.Pandione natam. Philomelam.Faſtuſq; nefas. nefandum confeſſus amorem.Et virginem et vnã Ui ſuperat. maximam hominis barbariem oſtendit poeta/ qui ſuſtinuerit virginem et ſolam et ſibi creditam/et patrem et ſororem et in primis Deos implorãtẽ violare.Jlla tremit velut agna pauẽs.virgineũ timorem pulchre his ſimilitudinibus ab oue et columba ſumptis poeta expreſſit.Excuſſa.eiecta.Cani lupi.epithetõ eſt lupi colori conueniens.Lupi nãq; canicie infecti eſſe videntur.Horret. tremit:q̃uis accipitrẽ effugerit. Auidos vngues.auidi accipitris/qui colũbas maxime infeſtat.Paſſos laniata capillos. Synecdoche poetica/ſparſos eñ capillos cũ laniaſſet philomela intelligit. Lacerare aũt crines in meroribꝰ ſolẽt mulieres. Ceſis lacertis. percuſſis brachijs.Diris factis. nefandis ſceleribus. Nec coniugialia iura. nec matrimonij iura: quibus non licet cuiq; cum duabus coire ſororibus. Coniugialia vero eſt legendum/vt ſex ſyllabarum ſit nõ coniugalia: vt eſt in exemplaribus deprauatũ.Omnia turbaſti. omnia inquit iura et humana/et diuina confudiſti. Pellex ego facta ſororis. pellex proprie dicitur/ que cum marito alterius concumbit.Tu geminus coniux.tu duabus es maritus/et mihi et ſorori. Debita pena. te expectat ſubintelligendum videtur.Quin eripis: cur nõ eripis mihi vitam? Ne quod facinus. ne aliquod ſcelus tibi reſtet in me perpetrãdum. Uacuas habuiſſem criminis vmbras:hoc eſt crimine caruiſſem. Quãdocunq; mihi penas dabis. aliquãdo mihi punieris. Proiecto pudore. abiecto depoſito. Si copia detur.ſi potero. Audiat hoc ether. celũ.Feri Tyrãni.crudelis/ ab omniq; humanitate alieni. Nec minor hac metus eſt. non minor eſt inquit metus ne a Philomela ſorori proderetur ſcelus q̃ ira.Cauſa ſtimulatus vtraq;.et ira et timore impulſus.Liberat enſem va.e vagina eripit enſem.Jugulum Philomela parabat:bene inſtitute virginis morem exprimit poeta/que violata nihil mortẽ recuſat:ſed vltro iugulũ enſi obijciebat: quo citius interficeretur.Spemq; ſue mor.mortem nanq; cupiebat Philomela. Uſq; vocãtem.ſemper clamãtem. Luctantemq; loqui. conantem.Forcipe lingam abſtu.forceps inſtrumentũ eſt fabrile/ quo ferrum vel ignitũ facile et capitur et tenetur.Enſe fero.ipſe ferus et crudelis.eſt eni; hypallage.Radix micat.palpitat/moratur.Jpſa iacet.lingua reciſa ſubaudiatur.Mutilate cauda colubre.inciſe ſerpentis in duas partes.Mutilati vero dicuntur/ quibus aliquod membrum fuit reciſum. Palpitat. ſalit: frequenter mouetur. Hoc quoq; poſt facinus.poſt extractam linguam.

*Cani lupi.* — *Pellex.* — *Forceps.* — *Mutilati.*

Ut fidei pignus/dextras vtraſq; popoſcit:
Inter ſeq; datas iunxit:natamq;/nepotemq;
Abſentes pro ſe memori rogat ore/ſalutent.
Supremumq; vale/pleno ſingultibus ore
Vix dixit:timuitq; ſue preſagia mentis.
Ut ſimul impoſita eſt picte Philomela carine:
Admotumq; fretum remis/telluſq; repulſa eſt:
Vicimus exclamat:mecum mea vota feruntur.
Exultatq;/et vix animo ſua gaudia differt
Barbarus:et nuſq̃ lumen detorquet ab illa.
Non aliter/q̃ cum pedibus predator aduncis
Depoſuit nido leporem Jouis ales/ab alto
Nulla fuga eſt capto.ſpectat ſua premia raptor.
Jamq; iter effectum:iamq; in ſua littora feſſis
Puppibus exierant:cum rex/Pandione natam
In ſtabula alta trahit/ſyluis obſcura vetuſtis:
Atq; ibi pallentem/trepidamq;/et cuncta timentem
Et iam cum lachrimis:vbi ſit germana rogantem:
Includit:faſſuſq; nephas/et virginem/et vnam
Ui ſuperat:fruſtra clamato ſepe parente:
Sepe ſorore ſua: magnis ſuper omnia Diuis.
Illa tremit velut agna tremens:que ſaucia cani
Ore excuſſa lupi/nondum ſibi tuta videtur.
Utq; columba ſuo madefactis ſanguine plumis
Horret adhuc:auidoſq; timet:quibꝰ heſerat:vngues
Mox vbi mens rediit:paſſos laniata capillos
Lugenti ſimilis:ceſis plangore lacertis
Intendens palmas.O diris Barbare factis/
O crudelis ait:nec te mandata parentis
Cum lachrymis mouere pijs:nec cura ſororis:
Nec mea virginitas:nec coniugialia iura
Omnia turbaſti:pellex ego facta ſororis.
Tu geminus coniunx.hoſtis mihi/debita pena.
Quin animã hãc(ne qd̃ facinus tibi perfide reſtet)
Eripis:atq; vtinam feciſſes ante nefandos
Concubitus:vacuas habuiſſem criminis vmbras.
Si tamen hoc ſuperi cernunt:ſi numina diuum
Sunt aliquid:ſi non perierunt omnia mecum:
Quandocunq; mihi penas dabis:ipſa pudore
Proiecto tua facta loquar:ſi copia detur:
In populos veniam:ſi ſyluis clauſa tenebor:
Implebo ſyluas:et conſcia ſaxa mouebo.



Audiat hoc ether:& ſi deus vllus in illo eſt.
Talibus ira feri poſtq̃ commota Tyranni:
Nec minor hac metus eſt:cauſa ſtimulatus vtraq;/
Quo fuit accinctus/vagina liberat enſem:
Arreptamq; coma/flexis poſt terga lacertis
Uincla pati cogit.iugulum Philomela parabat:
Spemq; ſue mortis viſo conceperat enſe.
Ille indignantem/& nomen patris vſq; vocantem/
Luctantemq; loqui:comprenſam forcipe linguam
Abſtulit enſe fero:radix micat vltima lingue.
Ipſa iacet/terreq; tremens immurmurat atre.
Utq; ſalire ſolet mutilate cauda colubre:
Palpitat/& moriens domine veſtigia querit.
Hoc quoq; poſt facinus(vix auſim credere)fertur
Sepe ſua lacerum repetiſſe libidine corpus.
Suſtinet ad Prognen poſt talia facta reuerti:
Coniuge que viſo/germanam querit:at ille
Dat gemitus fictos/commentaq; funera narrat.
Et lachryme fecere fidem:velamina Progne
Deripit ex humeris auro fulgentia lato:
Induiturq; atras veſtes:& inane ſepulchrum
Conſtituit:falſiſq; piacula manibus infert:
Et luget/non ſic lugende fata ſororis.
Signa deus bis ſex acto luſtrauerat anno.
Quid faciat Philomela:fugam cuſtodia claudit.
Structa rigent ſolido ſtabulorum menia ſaxo.
Os mutum facti caret indice.grande doloris
Ingenium eſt:miſeriſq; venit ſolertia rebus.
Stamina barbarica ſuſpendit candida tela:
Purpureaſq; notas filis intexuit albis:
Indicium ſceleris:perfectaq; tradidit vni:
Utq; ferat domine geſtu rogat:illa rogata
Pertulit ad Prognen:nec ſcit quid tradat in illis.
Euoluit veſtes ſeui matrona Tyranni:
Fortuneq; ſue carmen miſerabile legit:
Et(mirum eſt potuiſſe)ſilet:dolor ora repreſſit:
Uerbaq; querenti ſatis indignantia lingue
Defuerant:nec flere vacat:ſed faſq;/nefaſq;
Confuſura ruit:peneq; in imagine tota eſt.
Tempus erat/quo ſacra ſolent trieterica Bacchi
Sithonie celebrare nurus:nox conſcia ſacris:
Nocte ſonat Rhodope tinnitibus eris acuti.

guam.¶ Lacerũ corpus.lingua mutilatum. ¶ Commẽtaq; funera narrat.fictã Philomele mortem.¶ Et la.fe.fi.hoc eſt effecerũt lachryme:vt pgne mortem Philomele veram eſſe crederet.¶ Atras ve.pullas/lugubres. ¶ Et ina.ſe.cadauere vacuũ/qd̃ greci cenotaphiũ dicũt.¶ Falſ ma.nõ veris/cũ nõdu; Philomela mortua foret.Nõ ſic lu.vt mortua non erat lugenda:ſ; vt viua erat vindicãda/& in libertatẽ aſſerenda.¶ Signa deꝰ bis ſex.iã inquit duodecim trãſierat mẽſes. ¶ Deus.Apollo/q̇ idẽ eſt cũ ſole.¶ Luſtrauerat.illuſtrauerat/quo eñ in ſigno ſol eſt/ idẽ illuſtrare videtur:q̃q; circuierat quoq; intelligere poſſumꝰ.¶ Quid faci.facere poſſit.¶ Cuſtodia.Cuſtodes a Tereo appoſiti. Sic Uerg.Cernis cuſtodia qualis.¶ Rigẽt. aſpera ſunt:ita vt inde niſi p iannam exitus nõ def.¶ Menia.parietes.¶ Os mu.fa.ca. indi.os inq̃t mutum ſcelus indicare nõ poteſt.¶ Grãde do.ingeniũ eſt.Hac ſnia pbabile reddit orationẽ poeta. ¶ Miſeriſq; re. ſol.re.in aduerſis inquit rebꝰ hoies efficiuntur ſolertes/& ingenioſi.Eſt aũt ſolertia ingenij pſpicacitas/quã maxime neceſſariam dialectico Ariſto.putat.Purpureas no.rubras literas.Indiciu; ſce.a Tereo pperrati. ¶ Uni.ex ancillis.Euoluit.explicat.Matrona ſe.ty.Progne vxor crudelis Terei.Matrone aũt dicũtur principũ/& ditior; vxores. ¶ Ueſtes.velũ a philomela miſſum. ¶ Carmẽ for.ſue.lr̃as indices ſui infortunij.¶ Mirũ eſt po.ſilere ſubaudiatur.eſt aũt parẽtheſis.¶ Repreſſit.cõpreſſit/continuit.Cauſas autẽ exponit poeta/quibꝰ mota Progne ne vnũ quidẽ verbũ emiſit. Defuerãt:ſic quidẽ legit/ſed defuerũt/ea figura qua Uerg.cecinit.Matri lõga decẽ tulerũt faſtidia mẽſes. forſitã & Oui.ſcripſit.Aliq̇s aũt ex iſtis ſemidoctis ſpecie recti deceptus. Defuerunt in defuerant facile deprauauit. ¶ Nec fle.va. nec flendi tẽpus habet.¶ Sed faſq;/nefaſq; Conf.ru.ſed furit inquit omne ius & humanum & diuinum perturbatura.

¶ Sed faſq; nefaſq; Confuſura ruit peneq; in imagine tota eſt.¶ Hoc etiã in loco nec non inferiori carmine ſexti voluminis: vbi ait.Non eſt lachrymis hoc inquit agendũ Sed ferro.alludit ad Thomyrim reginam Scytharum ferociſſimam:q̇ filio a Cyro perſarũ rege interfecto haud quaq̃ lachrymis femineo more parẽtauit:ſ; vltiõe pluſq̃ virili.Cirũ namq; cũ ducẽtis milibus perſarum diſpoſitis in mõtibus inſidijs trucidauit:vt ſcribũt Trogus & Juſtinus:qua etiã de re tales ſunt Endecaſyllabi Sidonij Apollinaris.Nõ Cyrum Aſtiagis loquor nepotẽ:Nutritum vbere quẽ ferunt canino.Cuius non valuit rapacitatem. Uel Lydi ſatiare gaza Creſi.Cuiꝰ nec feritas ſubacta tunc eſt Ceſis milibꝰ ante cum ducẽtis.Jn vallis Scythice coactus arctum Orbate ad Thomyris veniret vtrem.hec Bononienſis.

¶ Peneq; in ima.to.eſt.in imaginatione pene qua maritũ afficiat.¶ Sacra triete. Triẽnalia:q; tertio quoq; ãno celebrabant Bacchi ſacra. Aribus nanq; annis qui ΕΤΗ grece dicuntur/trieterica fuerunt appellata. ¶ Sithonie nu. Thracie mulieres. Sithonia enim Thracie pars eſt. ¶ Nox con.ſa. Nocte enim ſacra Bacchi celebrabantur. ¶ Aeris acuti.acute ſonantis.

*Cenotaphion.* — *Cuſtodia.* — *Solertia.* — *Matrone.* — *Jacobꝰ bononienſis.* — *Thomyris Scitharu; regina.* — *Trieterica Sithonia.*

Raphael.

Itys.

Infracta.

¶ Deiq3 ritibus. ſm ritus ſacroꝝ Bacchi. ¶ Furialia arma. Bacchica / quibus ſacra Bacchi celebrãtes vtebanť. Pulchre autẽ Baccharũ habitũ deſcribit. Ceruina vellera. ceruine pelles. Leuis ha. que pãpinis ornata thyrſus vocať. ¶ Bacche tuas furias. ſubaudiendũ / eſt aũt apoſtrophe ad Bacchum. ¶ Uenit ad ſta. au. tam. ad illa nanq3 properabat / eoq3 vel parua mora ipſi longiſſima videbatur.
¶ Euoeq3 ſonat: vtiť Baccharũ clamoribus: nam Euoe ꝛ Euã in ſacris Bacchi iactabanť ab ijs q̃ ipſum inuocabãt. Inſignia Bacchi: Baccharũ ac Menadũ habitus. Abdit: abſcõdit ne agnoſcereť a quoq̃. Horruit: cũ quodã horrore extimuit eoꝝ recordatiõe: que a Tereo ꝑpeſſa fuerat. Nacta lo. Progne: ſecretũ ſubaudiam⁹. ¶ Sacrorum pi. ornamẽta ſacrificioꝝ Bacchi. Deuelat: reuelat: detegit. Pellex ſi. vi. ſo. cauſa cur nõ auderet Philomela aſpicere ſororẽ. Teſtariq3 De. in teſtimoniũ Deos adducere. Dedecus il. illã ignominiam. ¶ Pro vo. m. fu. manu eñ id ſignificabat / qđ voce indicare non poterat. Ardet: furit. ¶ Corripiens: reprehẽdens. In omne ne. ad omẽ nefas ꝑpetrãdu3. ¶ Artificẽ. Tereũ tãti ſceleris auctorẽ. ¶ Et que ti. mẽ. pu. minatur Progne ſe Terei inguina / quib⁹ Philomelã violauit / gladio amputaturã. Pudorẽ: virginitatẽ. Abſtulerũt. ſyſtole qualis illa Uergiliana. Matri longa decem tulerũt faſtidia mẽſes. ¶ Sõtẽ aiam. nocẽtẽ / ſceleratam. Terei aiam e corꝑe expellã. Magnũ eſt ſuppliciũ. malũve ſubintelligať. Quid ſi: adhuc dubi. nondũ inqt decreui quo malo Tereum affectura ſim. Quid ſit: futurũ ſubaudiať. Peragit dum talia Progne: dũ talia loquitur ꝛ minatur. ¶ Ad matre3 veniebat Itys. Itys ꝛ appellatio eſt qua rote curruſue circunferentia ſignificatur / et pueri Prognes ꝛ Terei filij nomen: q̃ ꝛ Itylus fuit cognominatus: quod ſignum et argumentum fuerit calamitatis: que parentibus ipſiq3 euenit: γκλους enim greci ſigna miſerie vocant. ¶ Quid poſſit ab illo Admonita eſt: quo malo inquit afficere Tereũ poſſit ex Ityli aduentu cognouit: de illo namq3 interficiendo cogitare cepit. ¶ Ab q̃. indignationi ſeruiens eſt illa interiectio hoc loco: alibi ꝛ miſerationi. ¶ Acceſſit appropinquauit. ¶ Matriq3 ſalutem Attulit: hoc eſt matrem ſalutauit. ¶ Et paruis adduxit colla lacertis: et matris colla paruis brachijs circundedit. Eſt autem hypallage / collo eñ adduci brachia dicuntur / potius q̃ e diuerſo. ¶ Triſte pa. fa. communem ſibi cum Tereo filium interficere: ꝛ coctum patri epulandum apponere cogitat. ¶ Tacita ira. tecta / occulta: neq3 enim Itylo ſe iratam eſſe oſtendebat. ¶ Mota quidem eſt genitrix: commota: quia mater erat. Matres namq3 filios natura charos habent.
¶ Infractaq3 conſtitit ira: hoc eſt ira quam conceperat in filium Progne ipſius blanditijs fracta eſt. Infracta nanq3 hoc loco valde et penitus fracta intelligitur. ¶ Inuitiq3 oculi: ipſius inuite oculi. eſt enim hypallage. ¶ Lachrymis coact. a pietate materna expreſſit. ¶ Labare vacillare: et ad miſericordia3 commoueri. ¶ Ab hoc: ab huius Ityli aſpectu. ¶ Inq3 vicem: viciſſim / per vices. ¶ Pandione na. ſeipſam alloquitur Progne:

Nocte ſua eſt egreſſa domo regina: deiq3
Ritibus inſtruitur: furialiaq3 accipit arma.
Uite caput tegitur: lateri ceruina ſiniſtro
Uellera dependent: humero leuis incubat haſta.
Concita per ſyluas turba comitante ſuarum
Terribilis Progne: furijſq3 agitata doloris:
Bacche tuas ſimulat. venit ad ſtabula auia tandem:
Exululatq3: Euoeq3 ſonat: portaſq3 refringit:
Germanamq3 rapit: rapteq3 inſignia Bacchi
Induit: ꝛ vultus hederarum frondibus abdit:
Attonitamq3 trahens intra ſua menia ducit.
Ut ſenſit tetigiſſe domum Philomela nefandam:
Horruit infelix: totoq3 expalluit ore:
Nacta locum Progne ſacrorum pignora demit:
Oraq3 deuelat miſere pudibunda ſororis:
Amplexumq3 petit: ſed non attollere cõtra
Suſtinet hec oculos pellex ſibi viſa ſororis:
Deiectoq3 in humum vultu iurare volenti:
Teſtariq3 deos: per vim ſibi dedecus illud
Illatum: pro voce manus fuit. ardet: ꝛ iram
Non capit ipſa ſuam Progne: fletumq3 ſororis
Corripiens: non eſt lachrymis hoc inquit agendũ/
Sed ferro: ſed ſi quid habes / quod vincere ferrum
Poſſit / in omne nefas ego me germana paraui.
Aut ego cum facibus regalia tecta cremabo:
Artificem medijs immittam Terea flammis:
Aut linguam / aut oculos / ꝛ que tibi mẽbra pudorem
Abſtulerunt: ferro rapiam: aut per vulnera mille
Sontẽ animã expellã: magnũ eſt quodcũq3 paraui:
Quid ſit adhuc dubito: peragit dũ talia Progne:
Ad matrem veniebat Itis. quid poſſit: ab illo
Admonita eſt: oculiſq3 tuens immitibus: ab q̃
Es ſimilis patri. dixit. nec plura locuta
Triſte parat facinus: tacitaq3 exeſtuat ira.
Ut tamen acceſſit natus / matriq3 ſalutem
Attulit: ꝛ paruis adduxit colla lacertis:
Mixtaq3 blanditijs puerilibus oſcula iunxit:
Mota quidem eſt genitrix: infractaq3 conſtitit ira:
Inuitiq3 oculi lachrymis maduere coactis.
Sed ſimul ex nimia mentem pietate labare
Senſit: ab hoc iterum eſt ad vultus verſa ſororis:
Inq3 vicem ſpectans ambos / cur admouet inquit

Alter



Alter blanditias: rapta ſilet altera lingua:
Quam vocat hic matrem / cur nõ vocat illa ſororem:
Cui ſis nupta vide Pandione nata marito.
Degeneras: ſcelus eſt pietas in coniuge Tereo.
Nec mora traxit Ityn veluti Gangetica cerue
Lactentem fetum per ſyluas Tigris opacas.
Atq3 domus alte partem tenuere remotam:
Tendentemq3 manus: et iam ſua fata videntem:
Et mater / mater clamantem: et colla petentem:
Enſe ferit Progne / lateri qua pectus adheret.
Nec vultum vertit. ſatis illi ad fata / vel vnum
Uulnus erat: iugulum ferro Philomela reſoluit.
Uiuaq3 adhuc: animeq3 aliquid retinentia membra
Dilaniat: pars inde cauis exultat ahenis:
Pars verubus ſtridet: manant penetralia tabo:
His adhibet coniunx ignarum Terea menſis.
Et patrij moris ſacrum mentita: quod vni
Fas ſit adire viro: comites / famulosq3 remouit
Ipſe ſedens ſolio Tereus ſublimis auito
Ueſcitur: inq3 ſuam ſua viſcera congerit aluum.
Tantaq3 nox animi eſt: Ityn huc accerſite dixit.
Diſſimulare nequit crudelia gaudia Progne.
Iamq3 ſue cupiens exiſtere nuntia cladis:
Intus habes / quod poſcis ait: circumſpicit ille:
Atq3 vbi ſit / querit: querenti: iterumq3 vocanti
Sicut erat ſparſis furiali cede capillis
Proſiluit: Ityoſq3 caput Philomela cruentum
Miſit in ora patris: nec tempore maluit vllo
Poſſe loqui: et meritis teſtari gaudia dictis.
Thracius ingenti menſas clamore repellit:
Uipereaſq3 ciet ſtygia de valle ſorores:
Et modo ſi poſſet reſerato pectore / diras
Egerere inde dapes: demerſaq3 viſcera geſtit.
Flet modo: ſeq3 vocat buſtum miſerabile nati.
Nunc ſequitur nudo genitas Pandione ferro.
Corpora Cecropidum pennis pendere putares:
Pendebant pennis: quarum petit altera ſyluas:
Altera tecta ſubit: neq3 adhuc de pectore cedis
Exceſſere note / ſignataq3 ſanguine pluma eſt.
Ille dolore ſuo / peneq3 cupidine velox
Uertitur in volucrem: cui ſtant in vertice criſte.
Prominet immodicum pro longa cuſpide roſtrum.

tur Progne. eſt aũt emphaſis. Ac ſi diceret ſe natã eſſe e Pãdione viro generoſiſſimo: omniq3 virtute ꝑdito rege. Cui ma. ac ſi diceret turpiſſimo oĩmq3 nefãdiſſimo. Degeneras: ſeipſã arguit Progne: qđ a ſuis degenerat: ſi tm̃ ſcelus patiať inultũ. In cõ. Te. ſi eẽt ſoluta orõ: in cõiugẽ Tereũ dicerem⁹. Pietate inquit vti in cõiugẽ Tereũ ſcel⁹ eſt. Nec mo. eſt ſubaudiať / hoc eſt cũ ꝑmũ aſſeruit ſcel⁹ eſſe pietate in Tereũ vti: Ityn traxit in ꝑtẽ domi⁹ ſecretiorẽ. Gãgetica ti. Indica a Gãge maximo Indie fluuio. Cerue lac. fe. periphraſis eſt Inuli. Tẽdẽtẽ: man⁹ supplicãtẽ. Adheret: adiũgiť / ſignificat aũt Ityn a mr̃e inter lat⁹ ꝛ pectus fuiſſe ꝑcuſſum. Nec ver. vul. magna matris ſeuitia atq3 idignatio q̃ circa vult⁹ auerſionẽ filiũ necare ſuſtiuerit. Ad fata: ad mortẽ. Exultat: feruet. Partẽ vero Ityos carniu3 elixã: partẽ toſtã fuiſſe ait. Manãt pe. ta. interiora ediũ loca tabo ꝛ ſanie pueri occiſi fluunt. Ignarũ Te. cedis filij inſciũ. His mẽ. his epuľ. cõtinẽs eñ ꝓ cõtẽto ſe penſiero a poetꝭ poniť. Et pa. mo. ſa. Atheniẽſe ſacrificiũ: his aũt veriſimilia reddit ea q̃ a Progne et Philomela ꝑpetrata fuiſſe narranť. Uni vi. ſoli marito. Remouit: amandauit: dimiſit. Solis aui. ſede auorũ. Sua vi. ſuas carnes: nã Itys ex Terei ſanguine fuerat cõceptus. Tantaq3 nox animi eſt. acclamatio ẽ in hominum cecitatẽ. Accerſite: aduocate. Diſſimulare ne. occultare nõ poteſt. eſt enim diſſimulare fingere id nõ eſſe qđ ſit. Crudelia gau. letitiã ex crudeli filij cede: quem pater vorauerat prouenĩẽtem. Iamq3: ſtatimq3. Intus habes: intra temetipſum habes. Ubi ſit: Itys ſubaudiatur. Merit. di. conuenĩẽtibus verbis. Thracius: Tere⁹ Thraci⁹ tyrãnus. Repellit: euertit. Ciet: vocat. Uipe. ſo. furias: q̃ ꝓ crinib⁹ viperas hr̃e dicũtur. De ſty. v. ab inferis. Reſe. pec. aperto. Egerere: eijcere. euomere. Geſtit cupit. Demerſa: immerſa viſcera filij. Seq3 vo. bu. ſepulchrũ filij: carnes eñ illi⁹ in ſtomacho habebat. Nũc ſe. mõ ꝓſequiť. Nudo fer. ſtricto enſe. Corꝑa Ce. Athenĩẽſiũ Prognes et Philomele. Pẽnis: pẽ. pu. alis in aere aliquis pẽdere putaret: in aues nãq3 iã fuerãt trãſmutate. Quarũ pe. al. ſil. Philomela: q̃ in Luſciniã fuit conuerſa. Altera te. ſu. Progne que in hirũdinẽ fuit trãſfigurata. Note ce. ſigna cedis. Signataq3 ſan. plu. eſt: pluma inq̃t eſt maculis ſanguineis iſecta ꝛ hirũdinũ et luſciniarũ. Pene cu. q̃ Prognẽ: Philomelãq3 afficeret. Upupã aũt: q̃ a grecis Epops appellatur: poeta deſcribit. Cui ſtant: erecte ſunt immodicũ: maximum. Pro longa cuſpide. pro lõgo enſe: quo fugiẽtes perſequebať. Facies ar. videtur ita enim penne circa oculos ſũt diſpoſite: vt eos galea fere tectos habere videatur: ideoq3 toruo eſt aſpectu hec auis. Hec aũt omnia in Daulide: que ſupra Cheroniã eſt: vbi Tereus regnauit: perpetrata fuiſſe Thucydides ꝛ Pauſanias ſcribũt q̃uis Megarẽſes affirmẽt circa fontes: qui Megaridis vocantur illa fuiſſe geſta. Eoru3 vero locorum ditionem Tereus amiſit: propter ea que ꝛ ipſe in Philomela3 et Progne: Philomelaq3 aduerſus Ityn admiſerunt. Unde megaris ſibi ipſe mortem cõſciuit Tereus: cui Megarẽſes ꝛ tumulum ſtatim erexerũt: ꝛ ſingulis quibuſq3 annis ſacra perſoluerũt: in quibus calculis pro hordeo vtũtur. Ibi vpupã auẽ primum viſam aſſerunt.

Diſſimulare.

Progne in hirũdinẽ.

Philomela in luſciniam.

Epops. Upupa.

Mulieres autē Athenas rediſſe lugētes ꝛ querentes quid paſſe eſſent:lachrymiſq; ſe miſerabiter cōfeciſſe Unde earum in luſciniam et hyrundinē trāſfigurationes conficte fuere ea occaſione/ꝙ he aues neſcio quid miſerabile et luctui ſimile canunt.

¶ Fabule octaue ſexti libri argumentum.

Lactātius. ¶ Hic dolor ꝛc. Aquilo cū Orithyiam Erechthei filiam diligeret:neq; vllis precibus a parētibus puelle impetrare potuiſſet:vt ſe in affinitatē reciperent:viribus vſus ſuis Athenas venit:ꝛ puellā raptā in Thraciam ꝑtulit:ibiq; grauidā fecit:ꝛ geminos Zetē ꝛ Calain ꝓcreauit:quorū poſtea humeris ale volucrū increuerūt per quas parētis imagines referrent. Pandiō quoq; dolore natarū actus caruit vita:regnumq; Erichtheus filius eius poſſedit.

Raphael. ¶ Hic dolor ante diē. Pādioni dolore/quē ex filiabus cōceperat/mortuo Erechtheus a Pallade educatus (vt ſcribit Homerus) et Athenienſib9 rex traditus in regno ſucceſſit:

Erechthe9 cuius filiā Orithyiā amauit Boreas Thracie vētus:et rapuit/in thraciāq; aſportauit/ex qua filios ſuſtulit Zetē ꝛ Calain/qui pueri quidē ſine alis fuerūt/iuuenes vero alati effecti vna cū alijs Argonautis ad vellus aureū rapiēdū ſunt profecti. Tartareas ad vmbras:ad inferos. Ut aūt Pauſanias in Attica ſcribit/Pādiō oīno infelix in filiarū educatione fuit:neq; earū filij relicti ſunt vlli iniurie vltores:tametſi vt fortunā augeret cum Thrace rege Tereo affinitatē iūxerit:ſed nulla eſt mortalib9 euadēdi via:qꝺ adeo futurū eſt. Sceptra loci:Athenarū imperiū. Rerum moderamē:regni gubernationē. Sꝫ erat par forma duarū:e quatuor filiab9 duas equales

Orithyie raptus. pulchritudine fuiſſe ait/Procrin/ꝗ Cephalo Deionei filio nupſit:ꝛ Orithyiā que a borea vēto dicit̄ fuiſſe rapta. Tametſi Heſagoras in Megaricis ſcribat nō a vēto:ſꝫ a Borea Strymōis filio Orithyiā fuiſſe raptam.

Cephalus. Cherilus vero narrat Orithyiā flores colligētē iuxta fontes Cephiſi fuiſſe raptam: cui Simōides accedit/ꝗ in Naumachia ſcribit ipſaꝫ ex Attica a Borea raptā:et in thraciā ad Sarpedoniā vſq; petrā fuiſſe perlatā/vbi et rē cū illa habuiſſe dicit̄. Apolloni9 ꝗꝫ Orithyie raptū elegātiſſime in .i. Argonauticon deſcribit:quē Ouid. potiſſimū ſequi videt̄. E quib9 Eolides Cephal9. Cephal9 (vt Strab. ait) Deionei fili9 quidē fuit: ꝗ ab Eolo gen9 duxiſſe videt̄:vñ ꝛ Eolides a poeta vocat̄: vt in oīb9:ꝗ mihi videre cōtigit exēplarib9 legitur. Sed quomō ab eolo ducat originem Cephal9 nōdū memini me legiſſe. Procri fuit. Procri vocatiu9 eſt Grec9. Ad ipſaꝫ enim ſermonē cōuertit poeta.

Boreas. Boree Tere. Thra. no. crudelitas inquit Terei ac thracū Boree ne Orithyiā duceret vxorē nocebāt. Boreas autē eſt vētus:ꝗ Latine Aquilo vocat̄/ vt in primū plenius ſcripſim9. Boreas etiā Strymonis fuiſſe filius narrat̄:a quo rapta fuit Orithyia. Sꝫ poete qꝺ fuit hoīs opus:ad vētum trāſferūt. Tametſi quidā dicāt Orithyiam ex alto ab aquilōe deiectā periſſe:indeq; a poetis fictā fabulā fuiſſe. Deus Boreas. Horridus ira. terribilis indignatione. Boree aūt naturā deſcribit:eſt eīm vēt9 valde impetuoſus ꝛ violētus. Et me. di. merito Boreas ſeſe carere Orithyia cōfeſſus eſt: qñ blāditijs ꝙ viribus vti maluerit. Admoui. appoſui. Quarū me dedecet vſus. quib9 mihi turpe eſt vti. Celo apto. aere patēti:in quo vēti cōfligunt. Tanto mo. lu. tantis virib9 reſiſto. Ut me. no. phyſicoꝝ ſentētiā ſequit̄:ꝗ ex colliſiōe nubiū et tonitrua aiūt cōmoueri:ꝛ fulmina emitti. Eliſi ignes expulſi. eſt aūt fulminū ꝑiphraſis Idē ego cū ſu. terremot9 ex phyſicorū ſnia fiūt avētis in cauernis terre clauſis:vñ ſine magno impetu exire nō pñt. Sollicito. infeſto:ꝑturbo. Excuſſit pē. cōcuſſit alas:ex ꝗrū iactatiōe maximū vētū excitatū fuiſſe ait. Pulue. pal. puluerulētā veſtē:ꝗ elegāter boree attribuit̄:qꝺ eo vēto flāte maxim9 excitat̄ puluis. Ignes. amores. Nec pri9

Nomen Epops volucri/facies armata videtur.
¶ Hic dolor ante diem/longeq; extrema ſenecte
Tempora Tartareas Pandiona miſit ad vmbras.
Sceptra loci/rerumq; caput moderamē erechtheus
Juſtitia dubium eſt:validis ne potentior armis.
Quattuor ille quidem iuuenes/totidemq; crearat
Femine ſortis:ſed erat par forma duarum.
E quibus Eolides Cephalus te coniuge felix

¶ Orithyie raptus.
Dum pater extincto Pandione regnat Erechtheus:
Orithyia rugis:non:rapit aſt Boreas.

Procri fuit:Boree Tereus/Thraceſq; nocebant:
Dilectaq; diu caruit Deus Orithyia:
Dum rogat:et precibus mauult ꝙ viribus vti.
Aſt vbi blanditijs agitur nihil:horridus ira:
Que ſolita eſt illi:nimiumq; Domeſtica vento.
Et merito dixit:quid enim mea tela reliqui?
Seuitiā/et vires:iramq;:animoſq; minaces:
Admouiq; preces:quarum me dedecet vſus.
Apta mihi vis eſt:hac triſtia nubila pello:
Hac freta concutio:nodoſaq; robora verto:
Induroq; niues:et terras grandine pulſo.
Idem ego cum fratres celo ſum nactus aperto.
(Nā mihi campus is eſt) tanto molimine luctor:
Ut medius noſtris concurſibus inſonet ether:
Exiliantq; cauis eliſi nubibus ignes.
Idem ego cum ſubij conuexa foramina terre:
Suppoſuiq; ferox imis mea terga cauernis:
Sollicito manes:totumq; tremoribus orbem.
Hac ope debueram thalamos petijſſe:ſocerq;
Non orandus erat mihi:ſed faciendus Erechtheus.
Hec Boreas:aut his non inferiora locutus/
Excuſſit pennas:quarum iactatibus omnis
Afflata eſt tellus:latumq; perhorruit equor.
Puluereamq; trahens per ſumma cacumina pallā:
Uerrit humum:pauidamq; metu caligine tectus
Orithyiam adamans fuluis complectitur alis.
Dum volat:arſerunt agitati fortius ignes.



res. Nec pri. ae. cur. nec pri9 inqt volare deſtitit:ꝙ ad Cicones Thracie ppl'os ꝑueniſſet. Actea. Athenienſis Orithyia. Gelidi ty. Boree vēti:ꝗ oīꝫ eſt frigidiſſim9. Partuq; en. Eniti ꝓprie mulieres dr̄ cū pariūt. He melos. Zetē ꝛ Calain:nō hos aūt ſolū Boreas ex Orithyia ſuſcepit:ſꝫ ēt puellas Cheoniā:ꝛ Zetē:ꝛ Cleopatrā:ꝗ Phineo nupſit. Pēnas ge. alas Boree pris. nā vēti cū alis ēt nūc ꝑigunt̄. Subnixa ſubiecta. Rutilis ca. flauis crinib9. Implumes. ſine plumis ꝛ alis. Zetes aūt legēdū ē:nō Zet9:vt fere ī exēplarib9 eſt deprauatū. Flaueſcere. flaue fieri lanugine naſcēte. Ergo vbi cō. poſteaꝙ inqt iuuenes effecti ſūt:vna cū alijs Argonautis ad rapiēdū vell9 aureū nauigauerūt: ſꝫ vñ Zetes ꝛ Calais venerint varie ſūt ꝑſcoꝝ opiniones. Alij nāq; ex Thracia vt Apollonı9. Herodot9 ex Daulide. Duris vo ꝛ Phanodicus ex Hyperboreis ad Iaſonē veniſſe aiūt. Hec aūt ad .vij. libri initiū apte cū ſexti fine copulādū narrant̄. Cōc. locū dedit. Uel. pellē arietꝫ aureā quē phrix9 cū ab eo ad Colchos vſq; icolumis fuiſſet delat9:Ioui Phrixio:h' hoc fuge fauēti imolauit:ac ei9 pellē aurei velleris dicauit. Nā Athamas Eoli fili9 Cretheiq; fr̄ (vt ſcr. Apol.) ex Nephele vxore duos ſuſtulit liberos:Phrixū ꝛ hellē:ſꝫ nephele mortua:Ino filijs nouercā ſupinduxit ꝗ vtpote nouerca ꝑoris filios vxorꝫ odio pſequi cepit. Cū agri illi9 icātamētis ſteriles facti eſſent:vates ſubornauit:ꝗ Athamāti referrēt agros nō añ fertiles futuros ꝙ filij ꝑoris vxoris iterficerēt̄. Ceterū Phrix9 ꝑiculi iminētis admonit9 arietē vna cū ſorore helle aſcēdit ꝗ mare igreſſus cū ad troicū pelagus ꝑueniſſet:helle i mare cadēs ei nomē dedit. ide eīm helleſpōt9 fuit appellat9. Phrix9 aūt i ſcythiā vect9 ioui phrixio:ꝙ ei9 ope nouerce iſidias fugerat:arietē ipm imolauit:velluſq; aureū eidē dicauit:qꝺ ꝗdē i luco martis a ꝑuigili dracone:tauriſq; ꝑ nares ignē efflātib9 cū cuſtodiret̄:ab iaſone raptū:atq; i theſſaliā fuit aſportatū. Euſe. āt i chrōi. ait phrixū idcirco ab ariete vectū eē fingi:q; nouercales iſidias nauı:cui9 inſigne aries erat fugit. Cū mi. minye ppl'i fuerēt theſſalie antiꝗſſimi:a minya orchomeni (vt putat̄) ꝛ hermippes:re vo aūt a neptūi filio dnoīati. dmetri9 āt ſcepſi9 ait illos ꝗ circa iolcū habitarūt minyas fuiſſe appellatos. apolloni9 vo oēs argonautas ſcribit minyas fuiſſe ꝙ plimi ꝛ fortiſſimi ꝗq; eoꝝ ac ī ꝑmis ipe iaſon a minye filiab9 duxerēt originē. Pri. ca. ꝑma naue. nā argo ꝑma oīm nauis lōgā fuiſſe ꝓhibet̄. ꝗdaꝫ tñ aiūt danaū ab egypto ꝓſecutū oīm primū nauim lōgā ꝯſtruxiſſe:vñ etiam danaida fuiſſe vocatam.

Cicones. Eniti. Zetis / et Calais fab. Phrixus. Helle. Aureum vellus. Minye. Argo.

¶ Fabu. .i. lib. .vij. Argumē. ¶ Iāq; fre. ꝛc. Iaſon eſonis fili9 miſſus a pelio neptuni filio cū ꝓcerib9 graiorū Colchō ad pellē aureā apportādā:adiutricib9 iunōe ac minerua vt Eete ſol' filij ꝯtigit regiā:pulchritudie ſua ꝑculit medeā aduerſ9 parētē:vt ſibi potiuſq; prie ꝯſuleret. ergo obligatū iaſonē coegit vt fidē ꝑſtaret ꝯiugij erga ſe:nā tauros ſpirātes ignē ꝛ draconē cuſtodiētē tēplū ꝛterg9 auratū veuēis atq; carmib9 coegit ꝑere iaſōi:vt ꝑſciſſo loco dētes obſeret ſerpētꝫ ex ꝗb9 gen9 armatoꝝ ꝓcreſceret:iter ꝗs vt eis ꝑceptū erat a medea iactato ſilice coegit eos iter ſe dimicar̄:ꝗ mutuo bello ꝯciderēt:his geſtꝫ iaſō cū medea corithū abijt.

¶ Raphaelis Regij in ſeptimū Metamorphoſeos Ouidij librū Enarrationes.

Iāmq; fretū Minye. Narratur9 poeta queadmodū dētes ab Iaſone ſeminati in hoīes armatos fuerūt trāſformati: Apolloniū ꝗ Argonautica ſcripſit potiſſimū ſequit̄: Argonautarūq; in Colchos ꝓfectionē: Medeeq; amores elegātiſſime deſcribit. Cā aūt illi9 Iaſonis ꝑegrinatiōis hec fuiſſe narrat̄. Tyro ſalmonei filia Neptuno peperit Neleū ꝛ Peliā:deinde nupſit Cretheo Eoli filio:eiq; pepit Eſonē:Pheretē:ꝛ Amythaonē. Ac ex Pherete quidē naſcit̄ Admetus:ex Amythaone Melāpus:ex Eſone Iaſon:ꝗ etiā Chironi alēd9:mediciāq; docēd9 fuit tradit9 a patre:ꝗ ſenio ꝯfect9:tātiſper dū fili9 creſceret:regnū Theſſalie Pelie fratri cōmendauit. Ceterū Pelias oraculū ab Apolline acceperat:vt ſibi ab eo caueret:quē cū ſolo calceo ad ſe venientē videret:fore eīm vt ꝑa ei9 eſſet moriturus. Iaſon aūt iam grādior effectus:cum ad patruum rediret:forte in ripa Anauri Theſſalie fluuij offendit Iunonē vetule ſimilē:ꝗ videbat̄ velle ꝗdē fluuiū trāſire: ſed nō audere. Quod vidēs Iaſon illā humeris ſuſcipiēs in vlteriorē fluuij ripā trāſtulit: altero ex calceis in flumine amiſſo. Sicq; Iaſon ad Peliā cū altero calceo ꝑuenit:ꝗ oraculi recordat9:verituſq; ne ab ipſo interficeret̄:illi mādauit expeditionē in Colchos admodū ꝑiculoſaꝫ ad vell9 aureū rapiēdū:putās eū aut ab aliꝗ iterfectū iri:aut certe i mari/aliena ve terra ꝑiturū. Sꝫ Iaſō oī collecta Grecie iuuētute: Argoq; naue fabricata:ad Colchos ꝓfect9:ꝛ vell9 aureū ope Medee regis Eete filie rapuit:ꝛ Medeā ipaꝫ ſecū i patriā reuexit. Iamq; fretū Minye. ppl'i ſunt

Tyro. Iaſonis expeditio in Colchos.

¶ P. O. Na. Metamorphoſeos Liber ſeptimus.



Iamq; fretum Minye Pagaſea puppe ſecabant:
Perpetuaq; trahens inopem ſub nocte ſenectam

Viſus erat Phineus/iuueneſqꝫ Aquilone creati
Uirgineas volucres miſeri ſenis ore fugarant.
Multaqꝫ perpeſſi claro ſub Iaſone: tandem

¶ Iaſon in Colchos.
Quid te Athamantei mouerunt vellera Phrixi
Eſonide? non me vellera: ſed Pelias.

Contigerant rapidas limoſi Phaſidos vndas.
Dumqꝫ adeunt regem: Phrixeaqꝫ vellera poſcūt:
Uoxqꝫ datur Minyis magnorum horrēda laborū:

¶ Ad Medeam.
Quod Medea ſcelus moliris? Iaſona tauri
Dilacerent: nolo: cur? ferus vrit amor.

Concipit interea validos Eetias ignes:
Et luctata diu/poſtꝙ̄ ratione furorem
Uincere non poterat: fruſtra Medea repugnas:
Neſcio quis deus obſtat/ait: mirūqꝫ quid hoc eſt?
An aliquid certe ſimile huic/quod amare vocatur?
Nam cur iuſſa patris nimium mihi dura videntur?
Sunt quoqꝫ dura nimis: cur quē modo deniqꝫ vidi
Ne percat/timeo? que tanti cauſa timoris?

Minye. Theſſalie Minye: a Minya Neptuni filio: q̇ illis imperauit: denoīati. ¶ Pagaſea puppe. Argo naue iuxta
Pagaſe. Pagaſas ꝓmōtoriū fabricata. Sic aūt legēdū eſt: nō Pegaſea: vt fere in exēplaribꝰ eſt deprauatū. Pagaſe eñ ſunt ⁊ ꝓmōtoriū ⁊ vrbs Theſſalie: dicte απο του παγηναι την αργω: hoc eſt a cōpingēda ⁊ fabricāda
Phineus. Argo naue. Demetriꝰ aūt Sceſiꝰ απο του πηγων .i. a fontibꝰ: q̄bꝰ irrigat̄ locꝰ: in quo ēt tēplū eſt Pegaſei Apollinis. Uiſus erat Phineꝰ. Phineꝰ Phenicis ⁊ Caſſiepee filiꝰ: ſiue Agenoris (vt q̇dā putāt) rex fuit
Harpalice Thracie: q̇ (vt Diony. in argonautis narrat) dimiſſa Cleopatra vxore: Harpalicē Scythicā: vt alij Ideam Dardani Scytharū regis filiā filijs ſupinduxit nouercā: cui vt gereret morē ꝓprios filios Orythū ⁊ Carābin priꝰ ex Cleopatra ſuſceptos cū excecaſſet: ipſe q̄ꝫ a dijs fuit oculis priuatꝰ: atqꝫ hac inſuꝑ pena affectꝰ: vt ei
Harpyie. harpyie fediſſime aues eſcas ⁊ raperent ⁊ fedarēt: q̄s ſuſcepti hoſpitio cū alijs Argonautis Zetes et Calais alati iuuenes vt illi grām referrēt: ſtrictis enſibꝰ ex Thracia vſqꝫ ad Plotas iſulas: q̄ poſtea a ꝯuerſione eorum Strophades fuerūt appellate: ꝑſecuti ſunt.
Strophades. Sub no. ecitate. De Phinei vero cecitatis cauſa varie fuerūt antiquorū opiniōes: q̇dā aiūt phineū fuiſſe excecatū a ſole: ꝙ potius lōgeuꝰ eſſe: ꝙ̄ videre elegerat: alij ꝙ Perſeo fuerit iſidiatꝰ. Sophocles aūt ꝙ ex Cleopatra filios Orythū ⁊ Carābin a nouerca calūniatos excecarit. Apolloniꝰ vo: ꝙ oībꝰ vulgo vaticinaret̄: ac deorum mētes aperiret: quo fiebat: vt hoīes nihil deorum idigere viderent̄. Imperauit aūt Phineꝰ vſqꝫ ad Boſphorū Thraciū oībꝰ Thracibꝰ/q̄ ſūt in Aſia. Uirgineas volucres. harpyias: q̄ virgineas facies habebāt. Limoſi Pha. Phaſis fluuiꝰ eſt Colchorum: vñ Phaſiani fuere denoīati. Phrixea vellera. a Phrixo Ioui Phrixio conſecrata.
Uellus aureum. Uellera aure. quod q̇dē idcirco fictū eſt (vt Strabo ait) ꝙ apd Colchos torrētes dicuntur aurū deferre: qd Barbari ꝑforatis tabulis ⁊ lanoſis pellibꝰ excipiūt: vñ aurei velleris fabula eſt ꝯficta: q̄ hmōi eſſe fert̄. Athamas Eoli filiꝰ Crethei frater/ Nephelē duxit vxorē: ex qua q̇dē Phrixū ⁊ Hellen ſuſtulit. Nephele vo mortua ſcdam duxit vxorē Ino appellatā: q̄ Nepheles filios odio habēs ꝑſuaſit agricolarū vxoribꝰ: vt ſemina torrerēt: ne terra fructū vllū emittere poſſet. Qd q̇dē cū accidiſſet: Athamas agrorum ſterilitatꝫ cām ignorās: q̄ ꝯſulerēt Apollinē Delphos miſit. Ino aūt eos q̄ miſſi fuerāt donis corrūpēs iduxit: vt referrēt deū rñdiſſe: Phrixū ⁊ Hellē immolādos eē: ita nāqꝫ ſterilitatis liberationē futurā. Hoc vo athamas/cū crediſſet: Phrixū: Hellēqꝫ ad arā iugulādos adduxit: ſꝫ deorum miſericordia aurei velleris arieti ipoſiti ꝑ aerē aſportati fuerūt. Uñ Helle metu ꝑcuſſa ī Helleſpontū ab ipſa denoīatū cecidit. Phrixus vo in Colchicā terrā incolumis ꝑuenit/vbi Ioui Phrixio arietē immolauit/ꝙ nouerce inſidias effugiſſet. Uxorē aūt duxit Chalciopē Eete Colchorum regis filiā/ex qua cum filios quatuor ſuſtuliſſet/Argon/Cytiſſocon/Melana/Phrontin/mortuus eſt: vt Herodotus ſcribit. vt vo Heſiodus ⁊ Acuſilius narrāt filios illos ex Iophoſſa Eete filia ſuſcepit: q̄bꝰ q̇dē ⁊ q̄ntū noīe Preſbonen Parmenides addit. Herodotus aūt narrat Athamātis ⁊ Themiſtus filios fuiſſe Scheneū: Erythriū: Leucoñē: Peū: nouiſſimos vo Phrixū ⁊ Hellen: hoſqꝫ ꝓpter Inus nouerce inſidias ex patria aufugiſſe. Hellen aūt circa Pactyen perijſſe etiā Hellanictus ait. Inus vo ⁊ Athamātis filij fuerunt Clearchus ⁊ melicerta. De ariete autē velleris aurei varie ſunt priſcorum opiniones. Alij nāqꝫ verū fuiſſe arietem ſcribūt. Alij Phrixi et Helles fuiſſe pedagogū noīe Criū/q̄ latine aries vocat̄: cuiꝰ cōſilio Phrixus ⁊ Helle nouerce inſidias fugerint. Alij aufugiſſe ipſos in naue: q̄ in prora arietē pictū habuerit opināt̄ur. Uoxqꝫ dat̄. Eeta Iaſonis ad-
Aeeta. uentu indignatus ſe quidē ei vellus aureum ꝓmiſſurū ꝓmiſit/ſi q̄ ꝓponerentur certamina ſubiret. Uox ergo datur/hoc eſt reſpōſum dat̄ ab Eeta magnos ineſſe labores in capiēdo vellere aureo ſignificans. Nam ⁊ tauri ignē naribꝰ/oreqꝫ efflantes erāt domādi: iugoqꝫ ſubijciendi/⁊ dētes draconis ſeminādi: ⁊ impetus gigātum armatorum ex draconis dentibus natorum ſuſtinendus/⁊ ꝑuigil draco velleris aurei cuſtos ſopiēdus. Magnorum la. magnorum certaminum. Concipit in. Iuno ⁊ Pallas (vt in. iij. narrat Apollonius) de Iaſone ſollicite ꝓpter certamina tam periculoſa illi ab Eeta ꝓpoſita/Ueneri perſuaſerunt: vt Cupidinē ad Me-
Aeetias. deam mitteret/qui Iaſonis amore ipſam inflāmaret. Opera ergo Ueneris ⁊ Cupidinis maximos ardores Medea contraxit. Eetias. Medea Eete regis Colchorum filia. Sane Eeta prima cū ae diphthongo ſcribitur: non cum oe/⁊ vt quidā ꝑcipiūt: ⁊ fere in exēplaribus eſt deprauatū. Et lu. diu. poſteaꝙ̄ diu amori repugnauit. Eleganter aūt virginis amore capte cogitatiōes exponit. Furorem. amoris rabiē. Fruſtra Me. re. ſe
An. ipſam Medea alloquit̄/adeo aūt amoris imperita videtur: vt cum Iaſonis amore capta ſit/an amet tamē addubitet. Aut ali. cer. aut quidē legit̄/ſꝫ an fortaſſe legendum eſt/qua particula ⁊ dubitātes ⁊ interrogan-
Medee mores. tes/⁊ ſoluentes vtimur. Cū eñ Medea addubitaſſet/q̄d illud eſſet/an aliq̄d eſt inquit amori ſil'e/ac deinde amorē eſſe oſtēdit. Nā cur iuſ. pa. colligit ex his Medea ſe captā eſſe Iaſonis amore/⁊ qd q̄ mādarat Iaſoni Eeta nimiū difficilia factu videbātur/⁊ qd illi quē pauloāte vidiſſet/adeo timebat. Sunt quo. du. ni. non ſolū videri/ſꝫ eſſe quoqꝫ nimiū dura/q̄ Iaſoni Eete iuſſu erāt ꝑagēda aſſeuerat Medea. Naꝫ ⁊ indomitos tauros ignem ore/naribuſqꝫ efflātes iugo ſubijcere: ⁊ tot hoīm armatorum impetꝰ ſuſtinere: ⁊ ꝑuigilē draconē debellare/q̄ impꝑauerat Eeta: difficillima ſunt factu. Modo de. nunc ſolum. Tanti ti. tante ſollicitudinis.

Excute



Excute virgineo conceptas pectore flammas/
Si potes/infelix. ſi poſſem: ſanior eſſem:
Sed trahit inuitam noua vis: aliudqꝫ Cupido/
Mens aliud ſuadet: video meliora: proboqꝫ/
Deteriora ſequor. quid in hoſpite regia virgo
Ureris? ⁊ thalamos alieni concupis orbis?
Hec quoqꝫ terra pōt: quod ames dare. viuat/an ille
Occidat in dijs eſt: viuat tamen: idqꝫ precari
Uel ſine amore licet: quid enim commiſit Iaſon?
Quem niſi crudelem non tangat Iaſonis etas?
Et genus/et virtus? quem non/vt cetera deſint/
Forma mouere poteſt? certe mea pectora mouit.
At niſi opem tulero/taurorum afflabitur ore:
Concurretqꝫ ſue ſegetis tellure creatis
Hoſtibus: aut auido dabitur fera preda draconi.
Hoc ego ſi patiar/tunc me de tigride natam:
Tūnc ferrum/et ſcopulos geſtare in corde fatebor.
Cur non et ſpecto pereuntem? oculoſqꝫ videndo
Conſcelero? cur non tauros exhortor in illum.
Terrigenaſqꝫ feros: inſopitumqꝫ draconem:
Dij meliora velint: ꝙ̄ꝙ̄ nō iſta precanda/
Sed facienda mihi. prodam ne ego regna parentis?
Atqꝫ ope neſcio quis ſeruabitur aduena noſtra?
Ut per me ſoſpes ſine me det lintea ventis?
Uirqꝫ ſit alterius? pene Medea relinquar?
Si facere hoc: aliamve poteſt preponere nobis:
Occidat ingratus: ſed non is vultus in illo:
Non ea nobilitas animo eſt: ea gratia forme:
Ut timeam fraudem: meritiqꝫ obliuia noſtri.
Et dabit ante fidem: cogamqꝫ in federa teſtes
Eſſe deos. quid tuta times? accingere: et omnem
Pelle moram: tibi ſe ſemper debebit Iaſon.
Te face ſolenni iunget ſibi: perqꝫ Pelaſgas
Seruatrix vrbes matrū celebrabere turba.
Ergo ego germanam/fratremqꝫ/patremqꝫ/deoſqꝫ:
Et natale ſolum ventis ablata relinquam?
Nempe pater ſeuus: nempe eſt mea Barbara tellus.
Frater adhuc infans: ſtant mecum vota ſororis;

¶ Excute vir. ſeipſam Medea alloquit̄ tanꝙ̄ alij verba faciat. ¶ Noua vis. magna amoris potentia mihi nunꝙ̄ antehac expta. ¶ Aliudqꝫ C. aliud inquit amor: aliud ratio mihi oſtēdit. ¶ Uideo me. cognoſco. Hic aūt colligit Medea ſe nō errore: ſꝫ dedita opera amori indulgere. ¶ Quid in ho. cur inq̄t cum ſis filia regis:
Thalamꝰ. peregrini amore ardes? Regia. regis filia. ¶ Thalamos. nuptias. nā thalamꝰ ꝓprie dr̄ ſponſi ⁊ ſpōſe cubiculum παρα το θαλλειν/ꝙ ſpōſus ⁊ ſpōſa maxime in illo vigeant ⁊ vireſcant. ¶ Alieni or. aliene regionis. ¶ In dijs eſt. in deorū manu ac ꝑtāte. ¶ Quid eñ cōmiſit Iaſon: q̄d mali fecit. ¶ Non tā. nō cōmoueat. Lucretius de deo loquēs. Nec bñ ꝓ meritis capit̄/nec tangit̄ ira. ¶ Uirtꝰ. fortitudo: ⁊ corporis robur. ¶ Ut ce. deſint: vt cetera deeſſe concedā. ¶ Mouere. pellicere ad amādum.
Taurus. ¶ Taurorum affla. ore. taurus απο του τεινειν την ουραν hoc eſt ab extendēda cauda dr̄. Oportebat aūt Iaſonē tauros ignē naribꝰ efflantes iugo ſubijcere. bene vo amās ſollicita eſſe fingit̄ de periculis amato impēdētibus. Cōcurretqꝫ: ꝯfligetqꝫ/inq̄t/cū hoībꝰ natis ex dētibus draconis ab ipſo ſeminatis. ¶ Sue ſege. ſemētis ab ipſo facte. ¶ Auido dra. inſatiabili. ¶ Hoc ego ſi patiar: vt draconi obijciat̄ Iaſon. Tūc me de tig. na. tunc inquit me crudeliſſimam eſſe fatebor. Crudeles enim ⁊ de tigride nati: ⁊ ferrum in corde geſtare dicuntur. ¶ Conſcelero. ſceleratos efficio. eſt autem pulchra ironia: qua ſibi talia non eſſe proponit Medea: Exhortor. incantationibus ſtimulo. Terrigenaſqꝫ fe. hoīes e terra natos. Inſopitūqꝫ dra. peruigilē: q̄ nunꝙ̄ ſopit̄. Prodam ne. diſtrahitur. Medee animus tum ab amore: tū ab honeſto: vt vtri parcat: ignoret. Neſcio quis ad. ac ſi diceret ignotus quidā peregrinus. Ut per me ſo. vt opera mea inquit ſaluus et incolumis me relicta diſcedat: in patriamqꝫ
Dare litea ⁊ vela vētis ſuā reuertatur. Det lin. vē. nauigando recedat. Nā dare lintea ⁊ vela vētis eſt nauigare. Pene. aut dolori quo afficiar ex illiꝰ amore: aut ſupplicio/qd de me pater ſumet. Occidat. ingratus moriat̄ q̄ ingratus. eſt eñ cā qua dignꝰ morte videat̄. Is vultus. talis vultus: quē greci αποσωπου vocant. Et da. aſſi. ⁊ anteꝙ̄ illi opē ferā iureiurādo promittet me ſibi vxorem futurā. Nam dare fidem eſt
Dare fidē. ſancte aliq̄d promittere. Quid tu. ti. ſeipſam reprehēdit Medea/ꝙ ea timeat/q̄ nō ſunt
Accingere metuēda. Accingere. ꝑpare ad opē Iaſoni ferēdā. Tibi ſe ſemꝑ de. Ia. hoc eſt Iaſon ſemper tuꝰ erit. Iaſon aūt απο της ιασιως hoc eſt a medicina/quā a Chirone didicit/fuit appellatꝰ. Face. ſo. legitimo mr̄imonio/a parte nāqꝫ totū intelligimꝰ. Quinqꝫ aūt faces ritu Romano nouis nuptijs ꝑferebant̄. Seruatrix cele. iuuētutis grecie ſeruatrix laudibꝰ extolleris. Ergo ego. hactenꝰ medea amori eſt obſecuta: nūc ad honeſti cogitationē ita redit/vt ſtati illā abijciat. Ergo affectui ſeruit hoc loco: ⁊ indignatiōi hec ꝑticula ergo. Indignat̄ nāqꝫ Medea ꝙ ſororē/fratrē/patrē: ac patriā relinq̄re poſſit. Germanā. Chalciopē hāc vocat apolloniꝰ. Pherecydes vo ait
Ergo. Eueniē illi nomē fuiſſe: cognoiatā aūt Chalciopē ⁊ Iophoſſā. Fratrēqꝫ. Abſytū q̄ Phaethō q̄ꝫ ab Apollonio vocat̄. Uētis abla. nauibus auecta: q̄ vētis agunt̄. Reliquā. relinq̄re poſſim. eſt aūt cū interrogatiōe legēdū. Nēpe pr̄ ſe. obiectionibus ita rñdet Medea: vt colligat oīno Iaſonē eē iuuādū: ſibiqꝫ ꝯiugio copuladū. Nēpe profecto. Stāt me. vo. ſoro. hoc eſt ſoror Chalciope mecū ſentit. Nā chalciope quā Phrixo diximꝰ nupſiſſe: Iaſoni fauebat ꝓpter filios ſuos: q̄ e Colchis in Greciā nauigātes ad pr̄na bona repetēda: iuxta Areciadē inſulā naufragiū fecerūt: in q̄ q̇dē

Maximus intra me deus eſt.non magna relinquā.
Magna ſequar:titulum ſeruate puppis Achiue/
Notitiamq3 loci melioris/et oppida quorum
Hic quoq3 fama viget:cultuſq3/arteſq3 virorum:
Queq3 ego cum rebus/quas totus poſſidet orbis/
Eſoniden mutaſſe velim:quo coniuge felix
Et dijs chara ferar:et vertice ſydera tangam.
Quid:q3 neſcio qui medijs incurrere in vndis.
Dicuntur montes:ratibuſq3 inimica Charybdis
Nunc ſorbere fretum:nunc reddere/cincta q3 ſeuis
Scylla rapax canibus Siculo latrare profundo:
Nempe tenens qđ amo:gremioq3 in Iaſonis herens
Per freta longa ferar:nihil illum amplexa timebo.
Aut ſi quid metuam:metuam de coniuge ſolo.
Coniugium ne putas:ſpecioſaq3 nomina culpe
Imponis Medea tue:quin aſpice quantum
Aggrediare nefas/⁊ dum licet/effuge crimen.
Dixit/⁊ ante oculos rectum/pietaſq3/pudorq3
Conſtiterant:⁊ victa dabat iam terga Cupido.
Ibat ad antiquas Hecates Perſeidos aras:
Quas nemus vmbroſum/ſecretaq3 ſylua tegebat.
Et iam fractus erat:pulſuſq3 reſederat ardor.
Cum videt Eſoniden/extinctaq3 flamma reluxit:
Et rubuere gene:totoq3 recanduit ore.
Ut ſolet a ventis alimenta reſumere:queque
Parua ſubinducta latuit ſcintilla fauilla/
Creſcere:⁊ in veteres agitata reſurgere vires.
Sic iam leuis amor/iam quem languere putares
Ut vidit iuuenem:ſpecie preſentis inarſit.
Et caſu ſolito formoſior Eſone natus
Illa luce fuit:poſſes ignoſcere amanti.
Spectat:⁊ in vultu veluti tum deniq3 viſo
Lumina fixa tenet:nec ſe mortalia demens
Ora videre putat:nec ſe declinat ab illo.
Ut vero cepitq3 loqui:dextramq3 prehendit
Hoſpes:⁊ auxilium ſummiſſa voce rogauit:
Promiſitq3 torum:lachrymis ait illa/profuſis
Quid faciam video:nec me ignorantia veri
Decipiet:ſed amor:ſeruabere munere noſtro.
Seruatus promiſſa dato:per ſacra triformis
Ille dee:lucoq3 foret quod numen in illo:
Perq3 patrem ſoceri cernentem cuncta futuri/

aues eē ferūtur pēnas ferreas iaculātes. Ab argonautis aūt illic inuēti in Colchos: illis vie duces fuerūt:a qb9 deinde in Greciā:Orthome nūq̄ reuecti ſunt. Chalciope igiꝰ de filiorū ſalute ſollicita Medeā rogauit: vt Jaſoni/filijſq3 opitularet. Maximus De. Cupido. Titulū gloriā. enumerat aūt Medea qb9 potitura eſt:ſi Jaſonē fuerit ſecuta:q̄ qdē ipſi maiora videnꝰ:q̄ q̄ relinquit. Loci me. cultioris:ciuilioris. Fama. glīa. Uiget floret. Cultus. ornat9. Quē ego. magno amore illū Medea pſequiꝰ:quē cū oibus toti9 orbis rebus nō pmutaret. Et ver. ſy. tā. illi vertice ſydera tāgere dr̄/q̄ ſibi felices videnꝰ. Sic Horat. Qđ ſi me lyricis vatib9 iſeris. Sublimi feriā ſydera vertice. Quid:q3 neſcio q̄. aliā cauſā aſſignat Medea qua Jaſonē ſequēdū eſſe ſibi pſuadet. Multa nāq3 noua piculoſaq3 ſe viſurā ait: q̄les ſunt cyanee petre ad thraciū Boſphorū: q̄ inter ſe cōcurrere dr̄. Neſcio q̄ mō. cyaneas petras innuit q̄ ēt ſymplegades dr̄ q3 cōcurrere ac cōcuti videnꝰ. Nam (vt ipſe poeta in. xv. ait) quo tpe illac Argo trāſiuit mobiles erāt ⁊ cōcurrere videbanꝰ: poſtea vō imobiles ſunt facte. Timuit ꝯcurſib9 Argo. Undarū ſpſas ſymplegadas eliſarū. Que nūc imote pſtāt:vētiſq3 reſiſtūt. Ratibuſq3 ini. Ch. vorago eſt i freto Siculo naues ad ſe trahēs:atq3 abſorbens. Fertur aūt Charybdis vetulā fuiſſe rapaciſſimā: q̄ cū boues Her. eēt furata: i fretū Siculū piecta loco nomē dedit. Nūc reddere. reijcere: reuomere. Nā q̄ abſorbet apđ Taurominiū Sicilie vrbē reijcere mēorat. Scylla rapax. Scylla Phorci filia venenis Circes in mōſtrū cōuerſa ſe i fretū Siculū pcipitauit: vbi nauibus fingiꝰ iſidiari. Sūt aūt loca i freto Siculo valde piculoſa Scylla ⁊ Charybdis: quorū alter Italie: Scylla vō adiacet Sicilie. Siculo pfū. i Siculo freto. Cincta ſe. ca. circūdata rabidis canib9. Nā illi9 inguina i canes trāſmutata ferūꝰ. Cōiugiū ne putas: rōne a ſcelere Medea reuocaꝰ. Se aūt ipſa rephēdit: q3 facinori ſuo honeſtū mrīmōij nomē ptēdat. Specioſa. pulchra: ⁊ honeſta. Qui. imo. Aſpice: ꝯſidera. Dū l3. dū potes. Rectū. honeſtū. Pietas. i parētes: ⁊ patriā amor. Et victa dabat. iā inqt cupido ab honeſto: ⁊ pietate victꝰa medee mēte recedebat. Jbat ad antiq̄s hecates Perſeidos aras. Hecate (vt ſcribit Dionyſi9 Mileſi9) filia fuit Perſei ſolis filij. Jn illis nāq3 locis duo ſolis filij nati ſūt/ Perſe9: ⁊ Eeta: qrū alter colchis circa Meotidē paludē ipauit. Perſe9 vō i taurica regiōe regnauit: q̄ cū grādior natu eēt vxorē duxit vnā ex icolis nymphis: ex q̄ Hecatē filiā ſuſcepit q̄ cū vgo eſſet ac venatrix: pria' dr̄ peſtiferas herbarū radices iueniſſe: pitiſſimaq3 ⁊ venenorū: ⁊ eorū q̄ hoi opitulāꝰ fuiſſe ppriūq3 prē3 veneno necaſſe. A patruo vō eeta i colchos accerſita vxor ē ducta: ex q̄ ⁊ Chalciopē ⁊ Medeā ſuſcepit. Apolloniū āt ſeqꝰ oui. q̄ Perſei filiā Hecatē fuiſſe ait. S3 alij Jouis/ alij Cererꝭ/ alij Ariſtei Peōis. Muſe9 Aſterie ⁊ Jouis fuiſſe filiā ſcri. Hic vō coarguiꝰ eorū errorē q̄ dicūt Hecatē Perſeida idcirco vocari: q3 Perſe9i diane ſacrificijs iuocabaꝰ. Ad ātiq̄s aras. ad vetuſta tēpla. hecates Perſei. perſei filie. Eſt ēt Hecate eadē cū proſerpia ⁊ diana. Reſederat. reqeuerat. Ut ſolet a vētꝭ. p ſchēa ſilitudie oñdit poeta q̄mō medea iterū cepit amore Jaſōis ardere. ē āt ordo. Ut pua ſcintilla

Cyanee petre.

Symplegades.

Charybdis.

Scylla.

Pietas.

Hecate.



Euentuſq3 ſuos/⁊ tanta pericula iurat.
Creditus accepit cantatas protinus herbas:
Edidicitq3 vſum:letuſq3 in tecta receſſit.
Poſtera depulerat ſtellas Aurora micantes:
Conueniunt populi ſacrum Mauortis in aruum:
Conſiſtuntq3 iugis:medio rex ipſe reſedit
Agmine purpureus:ſceptroq3 inſignis eburno

Tauri ignem efflantes.
Ecce iugo Eripedes tauros Pagaſeus Jaſon
Suppoſuit:iuuenis non fuit:herba fuit.

Ecce adamanteis Uulcanum naribus efflant
Eripedes tauri:tacteq3 vaporibus herbe
Ardent:vtq3 ſolent pleni reſonare camini:
Aut vbi terrena ſilices fornace ſoluti
Concipiunt ignem liquidarum aſpergine aquarū:
Pectora ſic intus clauſas voluentia flammas:
Gutturaq3 vſta ſonant:tamen illis Eſone natus
Obuius it:vertere truces venientis ad ora
Terribiles vultus:prefixaq3 cornua ferro:
Puluereumq3 ſolum pede pulſauere biſulco:
Fumificiſq3 locum mugitibus impleuere.
Diriguere metu ſubito Minye:ille nec vllos
Senſit anhelatus (tantum medicamina poſſunt)
Pendulaq3 audaci mulcet palearia dextra:
Suppoſitoſq3 iugo pondus graue cogit aratri
Ducere:⁊ inſuetum ferro proſcindere campum.
Mirantur Colchi:Minye clamoribus augent:

Draconis dentes.
Qui modo viperei fueramus ſemina dentes:
Nunc armata ſumus turba/phalanxq3 virum.

Adijciuntq3 animos galea tum ſumit ahena
Vipereos dentes:⁊ aratos ſpargit in agros.
Semina mollit humus valido precincta veneno:
Et creſcunt:fiuntq3 ſati noua corpora dentes.
Utq3 hominis ſpeciem materna ſumit in aluo:
Perq3 ſuos intus numeros componitur infans:
Nec niſi maturus communes exit in auras:
Sic vbi viſceribus grauide telluris imago
Effecta eſt hominis:feto conſurgit in aruo:
Quodq3 magis mirū eſt:ſimul edita concutit arma.
Quos vbi viderunt preacute cuſpidis haſtas
In caput Emonij iuuenis torquere parantes:
Demiſere metu:vultumq3/animumq3 Pelaſgi.
Ipſa quoq3 extimuit:que tutum fecerat illum:

tilla:q̄ ſupinducta fauilla ſolet reſumere alimēta a vētis ⁊ creſcere. Spē. pulchritudine. Pſītis. iaſonis. Et ca. ⁊ forte iqt iaſon illo die formoſior fuit q̄ conſueuerat. Poſſes igno. amāti. vn9qſq3 amāti Medee dare veniā poſſet. Eſt ei ſcđa pſona p tertia poſita: vꝰ certe ad lectorē orō ꝯuerſa. Amā. amore Jaſonis capte. Tū de. tūc ſolū. Demū eñ ⁊ deniq3 interdū ſolū: aliqñ tādē ſignt. Nec ſe declinat. nec oclos ſuos ab illo auertit ſpectādo. Submiſſa vo. ne ab alijs q̄ dicebāt pciperenꝰ. Torū. lectū nuptialē ac nuptias ipas. triformis dee. Hecates: q̄ ⁊ luna ⁊ Diana: ⁊ Proſerpina crediꝰ eē. Lucoq3 fo. qđ nu. in il. Per ppoſitio ſubintelligaꝰ: hoc ē p numē hecates perſei filie: q̄ i illo luco colebaꝰ. Jn tēplo aūt Hecates (vt narrat Apol.) Jaſon cū Medea cōuenit: ab eaq3 ⁊ medicamēta accepit: ⁊ q̄ mō aduerſus gigātes e dētibus draconis orituros ſe gereret: cognouit. ita pter oē3 eete ſpē oib9 ppoſitis certaminib9 ſuperior euaſit. Perq3 pa. ſo. p ſolē Eete prē3: quē ſibi ſocerū Medee ꝯiugio cupiebat. Cernētē cūcta. oia aſpiciētē: nā (vt. iij. ilia. lib. ait Home. ſol oia ⁊ audit ⁊ videt. Et tā. pi. quāta erat ſubitur9. Credit9. ꝯ loquēdi ꝯſuetudinē hoc pticipio vſus poeta eē vr̄. Res eñ credita elegant dr̄. Jaſon vō credit9 nō ita: niſi p cōmiſſo accipiaꝰ: q̄q̄ credit9 ēt grat9 itelligi poſſit. Cātatas her. incātatas. Neq3 eñ Medea hecate mr̄e minor fuit venefica. Sacrū Mar. i ar. in ſacrū Martij lucū. Jn illo nāq3 vellus aureū ſup phago arbore collocatū a puigili dracone ſeruabaꝰ. Medio agmine. media multitudine. Purpure9 purpurat9 ac purpura ornatus. purpureū eñ dicim9 qđ totū ex purpura ꝯſtat: purpuratū vō purpura ornatū. Adamāteis nari. q̄ ne igne qdē poterāt domari. Adamas nāq3 lapis ē q̄ nulla alia re q̄ hircino ſanguine domaꝰ: vñ ⁊ nomē accepit: nam Δαμαζω domo ſigt: a vō pticula ē puatiua. Eripedes. ere pedes armatos hñtes. Plenica. plene carbonib9 ignitꝭ fornaces. Silices fo. piphraſis ē calcis q̄ fit lapidib9 ita excoctꝭ vt nihil humoris retineāt: i q̄s qdē ſi imittaꝰ aq̄ cū qdā ſtridore ⁊ ignē ꝯcipiūt ⁊ diſſoluūꝰ. Aſp. aſpſiōe. Uſta. ꝯbuſta vt p q̄ ignea flāma trāſeat. Truces torui aſpectu. Ad o. ve. ad faciē iaſonis veniētis. Pref. fer. i ſummitate ferrū hñtia fixū. Biſulco pe. bifidis pedib9: quales boū eē videm9. Fumifi. fumū efficiētibus. ſpōdeo āt i qnta ſede carminis ē vſus poeta vt boū mugit9 exprimereꝰ. Diri. exhorruere: expalluere. Ullos anhe. vllos ſpūs flāma exeūtis ex ore taurorū. Anhelat9 ſm regulā ab anhelādo dclinauit: q̄uis anhelit9 frequēti9 vſurpeꝰ. Anhelare āt eſt difficulter reſpirare Tm. me. pſſt. parēthesis acclamationē i herbas medicas ꝯtinēs: i q̄rū vires incredibilis rei cām poeta refert. Pendula pa. pelles q̄ a gutture boū pēdēt palearia dr̄. Ferro p. vomere: exarare. Miraꝰ Col. ſtupeſcūt rei nouitate. Colchi āt Scythie ſūt ppl'i Egyptiorū colōi: vt Apol. ait: ⁊ Herod. ꝯfirmat: q̄ de pudēdorū circūciſione meminit ⁊ lini textura ⁊ legib9 egyptiorū illos vti ait. Ui. dē. ſerpētꝭ illi9 dētes quē in tertio poeta narrauit a cadmo fuiſſe interfectū: nā vt pherecydes narrat ps illorū dētiū a marte ⁊ pallade cadmo tradita fuit: altera eete colchorū regi: vt añ diximus. Spg. diſſeiat. Se pci. iſecta potēti veneno vt ex qb9 hoies armati ſunt nati. Sati ſeminati.

Hecate triformis.

Creditus.

Purpureū. Purpuratum.

Adamas.

Tauri naribus ignem efflantes.

Spōde9 in quita ſede.

Anhelat9. Anhelit9. Anhelare.

Palearia.

Colchi.

Dētes draconis i homines armatorū.

No.cor.magna holm armatorũ corpora.Ut ho.ſpe.hac ſimitudine declaraſ quõ dẽtes ſerpẽtis figurã contraxerint humanam.Perq; ſuos numeros.p ſuas oẽs particulas. Conſurgit.cooritur.In aruo feto.i agro fecũdo: q̃ tot armatos peperit.Arma ſimul edita. ſimul nata cũ illis hoib9.Torq̃re.cũ ipetu mittere.Pelaſgi.Minye Theſſali. Ipſa quoq;. Medea.Et ſubito ſine ſanguine. q̃ timent ꝛ pallidi ꝛ frigidi fiũt.Timore namq; ſanguis ad cor a phyſicis refugere perhibeſ.Gramina.herbe.Carmẽ auxiliare.incãtationẽ opitulãtem.Secre.artes.magicas artes occultas.Martem.bellũ.Ciuili acie pugna ciuili. Terrigene ex terra geniti.Grataнſ:letantur gratulanturq; Iaſoni victori. Uictorẽq; tenẽt.amplectunſ:qr victorem.Affectu tacito. amore occulto.Et dijs auctorib9 horũ. dijs inferis:hecateq; in primis.Peruigilẽ.ſemp vigilãtẽ.Supeſt.reliquũ eſt ex ijs q̃ iuſſerat Eeta.Sopire.in ſomnũ adducere.Eox autẽ ſequiſ opinionẽ Oui.q̃ aiũt dracone ſopito vell9 aureũ a Iaſone fuiſſe ablatũ.Pherecydes nãq; draconẽ.ſcribit a Iaſone fuiſſe interfectũ.Herbis.herbax viribus.Preſignis inſignis.Auree arboris.in qua vell9 aureũ ſuſpẽſum erat.In phago nãq; arbore ſuſpẽſuз a vaſo:ꝛ monſtroſe magnitudinis dracone cuſtodiebaſ.Eſt aũt ſyneresis ꝛ coaugmẽtatio duarũ vocaliũ in vnã ſyllabã niſi malim9 dicere verſum eẽ hypermetrũ:cũ pſertim ſequens verſus incipit a vocali. Lethei ſucci. ſomnũ:obliuionẽq; inducentis.ληθη em vñ

Lethe. Letheus. Leth e9 declinaſ:obliuio dr. Uerba faciẽtia carmina inducẽtia.Siſtũt.ſtare faciũt. Auro.aureo vellere.Fere aũt oẽs aureum fuiſſe vellus ſcribũt.Simonides ṽo mõ albũ: mõ purpureũ illud vocat.Heros eſoni9. Iaſon Eſonides.Poſſeſſiuũ em̃ p pronymico poſuit.Muneris auctorẽ.Medeam:q̃ auctor ꝛ cã fuit:vt Iaſon vellere aureo potiretur. Uictor.voti cõpos.Colchiachos port9.ſic quidem fere legiſ:ſicq; legẽdum eſſe ego quoq;

Iolcos. olim cõtẽdi:nũc cũ in vetuſto exẽplari animaduerterim Iolciacos ſcriptũ eſſe: facile in eã ſum adductus opinionẽ:vt ſentiã Colchiacos in Iolciacos eſſe cõmutãdũ.Eſt em̃ Iolcos(q̃ ꝛ Ioolcos diciſ ab Home.)vrbs Theſſalie Iaſonis patria ab Iolco Amyri filio dicta:vt Steph.de vrbibus ſcri.Uñ Iolcius ꝛ Iolciacus declinaſ. Tametſi is q̃ hoc egregiũ opus e Latina in Grecã linguã tranſtulit:Cecropias turres legat:hoc eſt κεκρoπιους πυργους.ſed ꝛ ipſe in deprauatũ inciderat exẽplar.De Iolco aũt meminit et Seneca.An maris vaſti domitrix Iolcos.

¶ fabule.ij.libri.vij.Argumentum.

Lactãtius. ¶ Emonie mr̃es ꝛc. Iaſon poſtq̃ Medeã abductã parẽtib9 in Greciã duxit:ꝛ pmiſſo cõiugio ſibi copulauit:multis reb9 expt9 ingeniũ hui9 petijt parẽtẽ Eſonẽ ſenectute eliſuз in adoleſcẽtiã pduceret.At illa amore nõ dũ depoſito quẽ ex iuuẽtute cepat/nihil negando ei ahenũ ↄſtituit/herbarũq; gñia quarũ ſciam habebat varijs regionib9 q̃ſita incoquẽs poſtq̃ aiaduertit ſtipitẽ q̃ verſabat herbas in arborẽ oleã onerata bacis eẽ ↄuerſuз maturatũ tp̃s exiſtimãs q̃ deſpumata aliena i terrã deciderãt/in letiſſimã herbã eẽ cõuerſa:Eſonẽ interẽptũ madẽtib9 herbis immiſcuit/ꝛ vt pmiſerat cõiugi ex ſenectute in priſtinũ rigorẽ ſiue vigorẽ videſ perduxiſſe.

Utq; pcti vidit iuuenem tot ab hoſtibus vnum:
Palluit:ꝛ ſubito ſine ſanguine frigida ſedit.
Neve parum valeant a ſe data gramina:carmen
Auxiliare canit:ſecretaſq; aduocat artes.
Ille grauem medios ſilicem iaculatus in hoſtes:
A ſe depulſum Martem conuertit in ipſos.
Terrigene pereunt per mutua vulnera fratres:
Ciuiliq; cadunt acie:gratantur Achiui:
Uictoremq; tenent:auidiſq; amplexibus herent.
Tu quoq; victorem complecti Barbara velles.
Obſtitit incepto pudor:at complexa fuiſſes:
Sed te ne faceres/tenuit reuerentia fame.
Quod licet:affectu tacito letaris:agiſq;
Carminibus grates:ꝛ dijs auctoribus horum.

¶ Draco peruigil.
Quam vigil ipſe draco/dum vellera tuta ſolebant
Eſſe:laboranti vellere non potuit.

Peruigilem ſupereſt herbis ſopire draconem:
Qui criſta/linguiſq; tribus preſignis:ꝛ vncis
Dentibus horrendus:cuſtos erat arboris auree.
Hunc poſtq̃ ſparſit Lethei gramine ſucci:
Uerbaq; ter dixit placidos facientia ſomnos:
Que mare turbatum que concita flumina ſiſtunt:
Somnus in ignotos oculos vbi venit:ꝛ auro
Heros Eſonius potitur:ſpolioq; ſuperbus
Muneris auctorem ſecum ſpolia altera portans:
Uictor Iolciacos tetigit cum coniuge portus.
¶ Emonie matres pro natis dona receptis
Grandeuiq; ferunt patres:congeſtaq; flamma
Thura liquefaciunt:indutaq; cornibus aurum
Uictima:vota facit.ſed abeſt gratantibus Eſon
Iam propior leto:feſſuſq; ſenilibus annis.
Tum ſic Eſonides.O cui debere ſalutem
Confiteor coniunx:q̃q̃ mihi cuncta dediſti.
Exceſſitq; fidem meritorum ſumma tuorum.
Si tñ hoc poſſunt(quid enim nõ carmina poſſunt)
Deme meis annis:et demptos adde parenti.
Nec tenuit lachrymas.mota eſt pietate rogantis:
Diſſimilemq; animum ſubyt pater Eeta relictus
Non tamen affectus tales confeſſa:quod inquit
Excidit ore tuo coniunx ſcelus:ergo ego cuiquam
Poſſe tue videor ſpatium tranſcribere vite:
Non ſinat hoc Hecate:nec tu petis equa:ſed iſto







Quod petis experiar maius dare munus Iaſon.
Arte mea ſoceri longum tentabimus euum:
Non annis renouare tuis:modo diua triformis
Adiuuet:et preſens ingentibus annuat auſis.
Tres aberant noctes:vt cornua tota coirent/
Efficerentq; orbem:poſtq̃ pleniſſima fulſit:
Et ſolida terras ſpectauit imagine Luna.
Egreditur tectis veſtes induta recinctas:
Nuda pedem:nudos humeris infuſa capillos:
Fertq; vagos medic per muta ſilentia noctis
Incomitata gradus/homines/volucreſq;/feraſq;
Soluerat alta quies:nullo cum murmure ſerpens
Sopito ſimilis/nullo cum murmure ſerpit:
Immoteq; ſilent frondes:ſilet humidus aer.
Sydera ſola micant:ad que ſua brachia tendens
Ter ſe conuertit:ter ſumptis flumine crinem
Irrorauit aquis:ternis ꝛ hiatibus ora
Soluit:ꝛ in dura ſummiſſo poplite terra:
Nox ait/arcanis fidiſſima:queq; diurnis
Aurea cum Luna ſucceditis ignibus aſtra:
Tuq; triceps Hecate/que ceptis conſcia noſtris/
Adiutrixq; venis:cantuſq;/arteſq; Magorum:
Queq; Magos tellus pollentibus inſtruis herbis:
Aureq;/ꝛ venti/monteſq;/amneſq;/lacuſq;:
Dijq; omnes nemorum/dijq; omnes noctis adeſte:
Quorum ope cum volui:ripis mirantibus amnes
In fontes rediere ſuos:concuſſaq; ſiſto:
Stantia concutio cantu freta:nubila pello:
Nubilaq; induco:ventos abigoq; vocoq;.
Uipereas rumpo verbis/ꝛ carmine fauces:
Uiuaq; ſaxa ſua conuulſaq; robora terra:
Et ſiluas moueo:iubeoq; tremiſcere montes:
Et mugire ſolum:maneſq; exire ſepulchris:
Te quoq; luna traho:quamuis temerata labores
Era tuos minuant:currus quoq; carmine noſtro
Pallent:ac pallet noſtris Aurora venenis.
Uos mihi taurorum flammas hebetaſtis:ꝛ vnco
Haud patiens oneris collum preſſiſtis aratro.
Uos ſerpentigenis in ſe fera bella dediſtis:
Cuſtodemq; rudem ſomno ſopiſtis:ꝛ aurum
Uindice decepto Graias miſiſtis in vrbes.
Nunc opus eſt ſuccis:per quos renouata ſenectus

gg Emonie mat. Theſſale.nã Theſſalia varijs noib9 fuit appellata.Siq̃dẽ ꝛ emonia: et Pyrrhonia a Pyrrha Deucaliõis vxore fuit cognoiata.Hec ṽo ad copulationẽ ſequẽtis metamor.narranſ.Iaſon em̃ cũ medea a colchis reuerſus:cũ Eſonẽ pr̃eз ſenio ↄfectũ offendiſſet/vxorẽ Medeã rogauit vt ſibi ademptos annos pr̃i apponeret:medea vero mai9 q̃ petebaſ pollicita:varijs vndiq; herbis collectis vnaq; cõcoctis Eſonẽ iã decrepitũ ad xl.annox etatẽ reuocauit.Dona ferũt.tẽplis ſubaudiaſ:dijs em̃ ſacrificabãt ppter filiorũ reditũ.Induta aurũ.induta hñs cornua auro.Uictimarũ nãq; cornua inaurabanſ.Uota facit.pagit vota.Gratãtib9. gr̃as dijs agẽtib9.Iã ppior leto.iã morti ppinqu9.Tũc ſic eſonides.dixit ſubaudiaſ.O cui debere ſalutẽ.gratũ ſe oñdit eẽ Iaſon:q̃ facili9 id q̃d vult impetrare poſſit.Eſt aũt ordo ꝛ ſenſus. o cõiũx cui me ↄfiteor debere ſalutẽ:q̃q̃ mihi cũcta dediſti:ꝛ ſumma ac magnitudo tuorũ meritorũ fidẽ ſupauit:tñ deme mihi annos:ꝛ dẽptos appone meo pr̃i ſi carmina hoc efficere pñt:reliq̃ p parẽtheſim leguнſ. Diſſimilez aim.impiũ:q̃ nulla parentis pietate moueri ſolit9 eſt.Nõ tñ affect9 tales.nõ tñ inq̃t ſe vlla teneri pr̃is Eete pietate ↄfeſſa ẽ Medea. Ergo ego cuiq̃.amãtis ſeruat decox mulieris:q̃ amãti annos pducere poti9 q̃ abbreuiare ſemp cupit.Quare idignaſ Medea:q; Iaſon tã parũ ab ip̃a ſe amari putet:vt poſſit ipſi demere ãnos q̃s alij attribuat. Ergo aũt hoc loco affectui ꝛ idignatiõi ſeruit.Sic Auguſt9.Ergo ne ſupmis potuit vox iproba ṽbis.Trãſcribere.trãſponere.Cuiq̃. alicui; q̃ mihi te ſit charior.Nec tu petis eq̃.honeſta.Diua triformis.Hecate veneficiox/carminũq; auctor. ¶ Pñs. ppitia.Annuat.ↄſẽtiat. ¶ Ut cornua tota coirẽt.hoc eſt vt cornua lune tota cõplerenſ: atq; ↄiũgerenſ:vt pleniluniũ fieret.Nudos hũeris ifuſa capillos:ſynecdoche poetica;hoc eſt per nudos hũeros ſparſos capillos habens. Soluerat alta q̃es.intẽpeſtã:mediãq; noctẽ fuiſſe oſtẽdit:quo tpe oĩa in ſomnuз aialia reſoluunſ. ¶ Irrorauit.inſpſit.Ternis ꝛ hiatibus ora. Soluit.ter os inq̃t apuit.Summiſſo poplite.ſummiſſis genub9/ac flexis.Nox ait arcanis fidiſſima.iuocationes:pceſq; Medee deſcribit poeta venefice maxime conueniẽtes. Diurnis ignib9.ſoli.Triceps Hecate. luna eadẽ eẽ cũ Diana:ac Proſerpina dr:idcirco q; ꝛ triceps ꝛ triformis vocaſ. Sic q̃dẽ fere exponiſ hic loc9:ſ3 vr̃ poeta tricipitẽ Hecatẽ vocaſſe ad Orphei imitationẽ:q̃ i Argonauticis ipſaз τρικεφαλον appellat:q; tria habeat capita/eq̃nũ dextrũ:mediũ hois ſilueſtris:ſiniſtrũ caninũ.Ueneficax ãt dea ẽ Hecate;q̃ ab Appollonio ẽt Brimo vocaſ ppt dee horrorẽ.Cãt9. incãtamẽta. Adeſ.auxilio eſte.Cõcuſſaq; ſiſto.agitata ſtare facio.Stãtia freta.maria q̃eta:nunq̃ em̃ ſtat mare.Te q̃з luna traho.de celo detraho.Nã venefice finguнſ carminib9 lunã e celo d̃trahere.hoc ãt ſibi facere videbanſ Theſſale mulieres oli decepte ab Aglaonice hegemonis filia:q̃ cũ aſtrologie pita eẽt:defectuſq; lune cognoſceret: iactabat ſe lunã d̃ celo detrahere:eo tpe q̃ deficiebat.Quare i maximas icidit calamitates tãte ipietatꝭ penas luẽs:vñ ꝛ pũerbiũ ortũ eſt:luna detrahiſ:in eos q̃ a calamitatibus vexenſ.Temerata era.pcuſſa erea vaſa.

Raphael. Eſon ex decrepito iuuenis. Ergo. Hecate. Hecate triceps.

In florem redeat: primoſq̃ꝫ recolligat annos.
Et dabitis: neq̃ꝫ enim micuerunt ſydera fruſtra:
Nec fruſtra volucrum tractus ceruice draconum
Currus adeſt: aderat demiſſus ab ethere currus.
Quo ſimul aſcendit: frenataq̃ꝫ colla draconum
Permulſit: manibuſq̃ꝫ leues agitauit habenas:
Sublimis rapitur: ſubiectaq̃ꝫ Theſſala Tempe
Deſpicit: ⁊ cretis regionibus applicat angues.
Et quas Oſſa tulit: quaſq̃ꝫ altus Pelion herbas:
Othryſq̃ꝫ / ⁊ Pindus / et Pindo maior Olympus:
Perſpicit: ⁊ placitas partim radice reuellit:
Partim ſuccidit curuamine falcis ahene.
Multa quoq̃ꝫ Apidani placuerunt gramina ripis:
Multa quoq̃ꝫ Amphryſi: nec eras immunis Enipeu:
Necnon Peneus: necnon Sperchiades vnde
Contribuere aliquid: iuncoſaq̃ꝫ littora Bebes.
Carpſit et Euboica viuax Anthedone gramen
Nondum vulgatum mutato corpore Glauci.
Nona dies illam curru: penniſq̃ꝫ draconum:
Nonaq̃ꝫ nox omnes luſtrantem viderat agros.
Cum redijt: nec erant tacti: niſi odore dracones:
Et tamen amnoſe pellem poſuere ſenecte.
Conſtitit adueniens citra limenq̃ꝫ foreſq̃ꝫ:
Et tantum celo tegitur: refugitq̃ꝫ viriles
Contactus: ſtatuit que aras e ceſpite binas.
Dexteriore Hecates: at leua parte Iuuente.
Has vbi verbenis / ſiluaq̃ꝫ incinxit agreſti:
Haud procul egeſta ſcrobibus tellure duabus
Sacra facit: cultroſq̃ꝫ in guttura velleris atri
Conijcit: ⁊ patulas perfundit ſanguine foſſas.
Tum ſuper inuergens tepidi carcheſia lactis:
Alteraque inuergens liquidi carcheſia mellis:
Uerba ſimul fundit: terrenaque numina poſcit:
Umbrarumq̃ꝫ rogat rapta cum coniuge regem:
Ne properent artus anima fraudare ſenili.
Quos vbi placauit: precibuſq̃ꝫ / ⁊ murmure longo
Eſonis effetum proferri corpus ad aras
Iuſſit: ⁊ in plenos reſolutum carmine ſomnos
Exanimi ſimilem ſtratis porrexit in herbis.
Hinc ꝓcul Eſonidē: ꝓcul hinc iubet ire miniſtros:
Et monet arcanis oculos remouere profanos:
Diffugiunt iuſſi: ſparſis Medea capillis

**Temerare.** Temerare aūt ſignificat violare. Uaſa vero tū cū pulſanť violari videnť. Crediť aūt vulgo luna veneficarū carminibus deficere: que ne ad ipſam poſſint ꝑuenire: tinnitu ereo:ū vaſoꝝ occurriť. Currus q̃ꝫ. tui ſubaudiantur Naꝫ ⁊ luna curru vt ſol dr̄ vehi. Uos mihi. in gratiā meā. Hebetaſtis. hebetes reddidiſtis ſic vt comburere non poſſent. Uos ſerpētigenis: e dētibus ſerpentum genitis hominibus. In ſe. cōtra ſeipſos. **Rudis.** Rudē ſomno. ſic q̃dē legiť: exponiturq̃ꝫ expertē ſomni draconē atq̃ꝫ ꝑuigilē. Sꝫ cū hoc nomē rudis genitiuo iūgať: aut ſomni mihi vr̄ legēdū: aut certe rudē in rubrū vertēdū: quo q̃dē modo is q̃ in Grecā linguā hoc opꝰ cōuertit legere videtur: hoc ē φοινικο νυ φιλαχα vt ad criſtas ⁊ oculos rubētes referamꝰ. Aurū. aureū vellus. Uindice. cuſtode dracone. Uolucrū draconū: alatorum: a quibꝰ Medea vehebatur. Permul. blande pertractauit. Sublimis rapitur. in altum aerem tollitur. Deſpicit deorſuꝫ aſpicit. Et cretis. ſecretis ac ſemotis: aut certe viſis et aſpectis. Quaſq̃ꝫ altus Pelion. figurate dictū eſt. Altus em̄ ad mōtē referť. Sūt autē mōtes hi omnes Theſſalie: de quibus multa in ſuperioribꝰ diximꝰ libris. Perſpicit. diligēter inſpicit. Radice. cū ꝓpoſitio ſubaudiať: vt cū radicibꝰ euulſas herbas intelligamus. Curua. falcis ahe. falce erea curua. Multa q̃ꝫ Eridani. nō ſolū inquit in mōtibꝰ: ſed etiā in fluuiorum ripis herbas collegit Medea. **Eridanus.** Cū aūt Theſſalie fluuios enumeret poeta: iportune admodū de Theſſalia in Italiā atticā ve (nā vtriuſq̃ꝫ fluuiꝰ eſt Eridanus) fingiť trāſilijſſe Medea. **Apidanus** Quare loco Eridani cōtēderim Apidani eē legēdū: cū ꝑſertim Apidanꝰ (vt q̃ꝫ diximꝰ) notiſſimꝰ Theſſalie ſit fluuiꝰ. Nec eras immunis enipeu. apoſtrophe ad fluuiū: quē immuneꝫ: hoc eſt ſine munere nō fuiſſe ait: q2 Medea in illiꝰ q̃ꝫ ripis multas collegit herbas. Iūcoſaq̃ꝫ littora phebes. ſic quidā legiť: ſꝫ corrupte: vt mihi videť. Neq̃ꝫ em̄ Phebe locꝰ eē in theſſalia: qđ ſciā inueniť. Tametſi q̃dā impiti Phebē pro Delo iſula putēt accipiēdā: qđ Phebꝰ ⁊ phebes: hoc eſt Apollinis ⁊ Diane patria eſſe dicať. Sꝫ cū Theſſalie loca ꝑagraſſe Medeam poeta ſcribat: inepta eſſe iſta expoſitio coarguitur. Mihi ṽo loco Phebes placet Bebes legēdū: vt q̃ꝫ minimū poſſumꝰ a ſilitudine noim diſcedamꝰ: nā (vt in. ix. ſcri. Stra.) Bebe vrbs theſſalie fuit bebeidi lacui adiacēs. **Bebe.** Ur aūt poeta Bebem ꝓ Bebeide lacu poſuiſſe: cuiꝰ littora iūcoſa a iūcoꝝ multitudine vocat. Huic aūt mee correctioni etiam Apoll. iterpres ille Grecꝰ aſtipulať. Nec nō Peneꝰ. **Peneus.** fluuiꝰ ē theſſalie Peneꝰ: q̃ ⁊ Araxes fuit vocatꝰ: eo qđ Oſſa abrūpit ab Olympo: vñ ēt Araxes Armenie fuit appellatꝰ. Et Euboica Anthe. **Anthedō.** Anthedō vrbs eſt Beotie: ab anthedōe dctā dij filio: cuiꝰ pr̄ fuit anthꝰ Neptūi filiꝰ ex Alce Abātꝭ filia. Eſt ⁊ alia āthedō i Phenicia: vñ āthedoniꝰ ⁊ āthedōites dcli nanť. Uiuax gra. ab effectu ꝙ vitā ⁊ reddat ⁊ ꝯſeruet. Nōdū vulg. nōdū vulgo notum. In trāſcurſu aūt poeta Glauci q̃ꝫ metamorp. tāgit: quā tñ i. xiij. li. copioſe dſcribit. Nā Glaucꝰ cū eēt piſcator: aīaduertit piſces tactu cuiuſdā herbe i mare reſiliētes: quā q̃dē cū ⁊ ipē guſtaſſet: i mare exiliuit: ac i deū marinū cōuerſꝰ Scyllā vehemēter amauit. Nec erāt tacti. aliā q̃ꝫ metamorp. tāgit. Nā dracōes illi







Bacchantum ritu flagrantes circuit aras:
Multifidaſq̃ꝫ faces in foſſa ſanguinis atra
Tingit: ⁊ infectas geminis accendit in aris.
Terq̃ꝫ ſenem flamma / ter aqua / ter ſulfure luſtrat.
Interea calido poſitum medicamen aheno
Feruet: ⁊ exultat: ſpumiſq̃ꝫ tumentibus albet.
Illic Emonia radices valle reſectas /
Seminaq̃ꝫ: ⁊ flores / ⁊ ſuccos incoquit atros.
Adijcit extremos lapides oriente petitos:
Et quas Oceani refluum mare lauit harenas.
Addidit exceptas Lune de nocte pruinas:
Et Strigis infames ipſis cum carnibus / alas.
Inq̃ꝫ virum ſoliti vultus mutare ferinos
Ambigui proſecta Lupi: nec defuit illis
Squamea Cinyphei tenuis membrana Chelydri:
Uiuaciſq̃ꝫ iecur Cerui: quibus inſuper addit
Ora / caputq̃ꝫ nouem Cornicis ſecula paſſe.
His ⁊ mille alijs / poſtq̃ꝫ ſine nomine rebus
Propoſitum inſtruxit mortali Barbara munus:

¶ Ramus oliue reuireſcit.
Qui modo Palladie fert munera ramus oliue /
Siccus erat: viridem Colchidos herba tulit.

Arenti ramo iampridem mitis oliue
Omnia confudit: ſummiſq̃ꝫ immiſcuit ima.
Ecce vetus calido verſatus ſtipes aheno
Fit viridis primo: nec longo tempore frondes
Induit: ⁊ ſubito grauidis oneratur oliuis.

¶ Gutte in flores.
Que gutte fuerant prius cadentes:
Nunc flores nurus Eſonis probabit.

At quacunq̃ꝫ cauo ſpumas eiecit aheno
Ignis: ⁊ in terram gutte cecidere calentes /
Uernat humus: floreſq̃ꝫ / et mollia pabula ſurgunt.

¶ Eſon e vetulo iuuenis.
Canus eram / iugulor: nimiumq̃ꝫ potentibus herbis
Me fecit iuuenem / que modo facta nurus.

Que ſimulac vidit: ſtricto Medea recludit
Enſe ſenis iugulum: veteremq̃ꝫ exire cruorem
Paſſa / replet ſuccis: quos poſtq̃ꝫ combibit Eſon /
Aut ore acceptos / aut vulnere: barba / comeq̃ꝫ
Canicie poſita nigrum rapuere colorem.
Pulſa fuit macies: abeunt palloꝛq̃ꝫ / ſituſq̃ꝫ /
Adiectoq̃ꝫ caue ſupplentur corpore ruge:
Membraq̃ꝫ luxuriant. Eſon miratur: et olim
Ante quater denos nunc ſe reminiſcitur annos.

alati odore tm̄ herbaꝝ: q̃s Medea collegerat ſenectā depoſuerūt. Et tm̄ celo tegiť. nō ēt tecto: ſub diuo aūt eā ꝑnoctaſſe: nec domū intraſſe ſigt poeta. Statuit: erexit. Iuuēte. iuuenilis etatꝭ dee. Egeſta tellu. extracta terra. Scrobibꝰ. foſſis. Uelleris atri. ouiū nigrarū q̃ Hecate / alijſq̃ꝫ dijs inferis ſunt grate. Carcheſia. vaſa ſunt ad potādū accommodata. Uer. i. eñ. hic duo rite mero libans carcheſia Baccho. **Carcheſia.** Carcheſia ēt dñr ſumme nauis mali ꝑtes: ꝑ q̃rū foramina funes imittunť. Poſcit. iuocat. Umbrarū regē. Plutonē. Rapta cū ꝯiuge. cū Proſerpina i Sicilia a Plutone rapta. Fraudare. ꝓuare. Effetū. viribus Euacuatū. Plenos ꝑfectos. Porrexit. extēdit. Carmine. incātatione. Profanos. nō initiatos. Bacchātū ritu. Bacchaꝝ more. Flagrātes. ardētes. Multifidas. in multas ꝑtes fiſſas. Tīgit. madefacit. Terq̃ꝫ ſenē flāma. ter inq̃t ſenē purgat / igne / aq̃ ſulfure. hec ei tria purgatiōibꝰ ab antiq̃s adhibebanť. **Strix.** Emonia valle. i vallibꝰ Theſſalie. Extremo oriē. ex vltia orientꝭ ꝑte. Pruias lu. q̃ a luna generāť. humiditatū em̄ auctor ē luna. Et ſtrigis infa. ſtrix auis ē nocturna magno capite: roſtro ⁊ vnguibꝰ aduūcis: vt i. vj. faſto. dſcri. Oui. Vulgꝰ āt putat ſtriges ñ eē aues / ſꝫ vetulas q̃ ſe veneficio q̃dā i aues ꝯuertūt: ifāteſq̃ꝫ dormiētes aggrediunť: ac eoꝝ ſanguinē ita exſugūt: vt aut mortui iueniāť i cūis: aut diu viuer ñ poſſint vñ ⁊ poeta hoc loco ſtrigꝭ alas infames ait: ⁊ vulgꝰ veneficas oēs ſtrigas vocat. ſane ſtriges a ſtridēdo ſūt cognoiate: vt facile ex his Oui. carmibꝰ ꝯſtat. Eſt illis ſtrigibꝰ nomē: ſꝫ nois huiꝰ cā: ꝙ horrēda ſtridere nocte ſolēt. Inq̃ꝫ vir ſoliti. lupi ēt iq̃t ſe ſoliti i hoieꝫ ꝯuertere ꝑticule huic medicamēto addite fuerť. **Proſecta.** Proſe. iteſtia a ꝓſecādo ⁊ rcidēdo dicta. Alludit āt id qđ đ lupis pli. iq̃t. Hoies i lupos ṽti rurſuſq̃ꝫ rſtitui ſibi falſuꝫ eē exiſtiare dbemꝰ **homines i lupos.** aut credeť oia q̃ fabuloſa tot ſecul' ꝯꝑimꝰ. Iñ tñ ait dictos fuiſſe ṽſipelles. **Cinyps.** Cinyp. chelyd. ſerpētꝭ Libyci: nā Cinyps fluuiꝰ ē lybie q̃ iter duas Syrtes i mare Lybicū exit. **Chelydri.** Chelydri vero teſtudies aq̃tice dñr: nā chelōe teſtudo vocať ⁊ chelys. vñ ⁊ cithara chelys appellať: qđ ex teſtudie fuerit a mercurio ꝯfecta. **Cerui viuaces.** Uiuacis cerui: diu viuētis. Ceruis ei (vt ſcri. pli.) vita in cōfeſſo lōga poſt centū annos aliquibus captis cū torquibus aureis: quos alexāder magnꝰ addiderat: adopertis iā cute in magna obeſitate. Noueꝫ ſecula: tot em̄ annos cornices viuere dicunť. Mortali Eſoni: quē ex ſene: ac decrepito potius iuuenem Medea erat effectura. Mit. oli. ab effectu: ꝙ oleū omnia mitia reddat: ſiue quod paci dicata eſt oliua: q̃ mites ac māſuetos hoies reddit. **Aridus oliue ramꝰ reuireſcit.** Ecce vetus. repēte aridū oliue ramū virideꝫ eſſe factū oñdit. Uet. ſti. aridus oliue ramus. hāc aūt in trāſcurſu metamorphoſin ſignat. **Gutte aq̃ in flores.** Gra. ſucco plenis. At quacunq̃ꝫ cauo ſpumas eiecit aheno. aliam item metamorphoſin deſcribit poeta: nā gutte ſpumee vi ignis ex aheno feruenti in terraꝫ eiecte in varios flores fuere conuerſe. Uer. hu. varijs operitur floribus: tunc enim humus vernare dicitur cum varijs veſtitur herbis. Sur. oriuntur. Recu. aperit. Rap. celeriter accepere: cōtraxere. **Situs.** Si. ſquallor: eſt enim ſitus feda quedam lanugo ex humore procreata in locis preſertim ſole carentibus. Vergilius. Per loca ſenta ſitu. Inde fit vt corpora illota

fitū cōtrahere dicam⁹:⁊ ſqualloꝛē q̄ etiā pe
doꝛ vocaẗ. Sup. implētur. Adie. coꝛ. adiecta
carne ruge tollunẗ. Lu. laſciuiūt: tūc aūt mē
bꝛa luxuriare dr̄: cū valde pinguia atq; ni
tida videntur. Eſ. mi. ſtupeſcit. Et olim an̄ qua
Contrahe-re ſitum. ter denos: hoc eſt ſe an̄ quadraginta annos
natū fuiſſe recoꝛdaẗ: per qđ ſignificat Eſonē
Pedoꝛ. ex decrepito ſene in virum quadraginta an
nos natū fuiſſe cōuerſum. Diſſi. animū: nā
animus vna cū etate mutaẗ. Alius eſt enim
animus iuuenis: alius viri: alius ſenis. Eta.
re. depoſita ſenectute.
¶ Fabule. iij. vij. libꝛi. argumentum.
Lactātius. ¶ Uiderat ex ⁊c. Liber pr̄ vt animaduertit
Eſonē ſenectutē remedijs Medee expuliſſe:
petijt/vt prouide nutricib⁹ ſuis ferret auxi-
liū: eaſq; in adoleſcētie vigoꝛē reduceret: cu
ius autoꝛitate illa cōpulſa eiſdem remedijs
q̄b⁹ Eſonē in p̄mitias reduxit/Liberoq; eter
Raphael. nū bn̄ficiū dedit. ☞ Uiderat ex alto. Bac-
ch⁹ cū vidiſſet ex decrepito ſene iuuenē factū
Eſonē: Medeā rogauit: vt nymphas quoq;
ſuas nutrices iuuenilib⁹ annis reſtitueret:
Nutrices. qđ facile a Medea impetrauit. Hoc aūt ab
Bacchi iu Eſchylo ſumpſiſſe videẗ Ouid. Is em̄ in co-
uenescunt. media: q̄ inſcribiẗ nutrices Bacchi cū ſuis
viris recoctas iuuenili etati a medea fuiſſe
reſtitutas ait. ſu. nu. nymphis: q̄ (vt dixim⁹)
īfantē bacchū educarūt. A Colch. a medea.
¶ Fabule. iiij. vij. libꝛi argumentum.
Lactātius. ¶ Neve ⁊c. Peliades Pelie filie herbis im-
pulſe poſtq̄ viderūt arietē grauatū etate: in
agni ſpeciē tranſfiguratū: ambitioſius a me
dea petere ceperūt: vt pelie parēti eax reſti-
tueret quā tp̄is proceſſione amiſiſſet iuuen-
tutē: qđ vt illa accepit: cupiēs inimicū Iaſo
nis data occaſione punire/ impulit eas/vt
parentē interficerēt: ⁊ laceratū in ahenū fer
uens dimitterēt: qđ vt factū eſt currū draco
nibus iunctū conſcendit: ⁊ p aera elata con-
ſpectum inimicoꝛum profugit.
☞ Neve doli ceſſent. medee ſubintelligaẗ.
Raphael. narrat aūt quēadmodū medea ſenio confe-
ctū arietē agnū q̄dē effecit: Peliā vero inter
emit: nā medea cū Peliā Iaſoni inimicū eſſe
Pelie ce-des. cognoſceret: quo facilius eū perdere poſſet:
⁊ ſe a Iaſone odio haberi ſimulauit ⁊ Pelie
filias ſibi cōciliauit: q̄ cū vidiſſent arietē ve-
tulū in agnū cōuerti: impēſius a medea pe-
tierunt: vt ſibi parentē reſtitueret etati iuue
nili. Ipſa vero eis pſuaſit vt ipm̄ iterficerēt: ac
in vaſe aque pleno coquendū imponerēt: qđ
quidē cū ppetraſſent/ ipſa a draconibus in
aerē ſublata aufugit: Coꝛinthūq; tandē per
uenit. Phaſias: a Phaſi Colchoꝛū fluuio de
Phaſias. noīata. Quoniam grauis ipſe ſenecta eſt: rō
cur eā Pelias non exceperit. Cepit ſibi con
ciliauit: ⁊ decepit. Refert; commemoꝛat. Si
tus: ſqualloꝛes: ⁊ ſeniū. Subiecta. iniecta: p
ſpes iniici dicitur. prie nāq; ſpes iniici dr̄. Parili arte: pari arti
ficio. Pretium ſine fine paciſci: ceperunt ſub
audiendum. Sine fine: maximum et immen
ſum. Ficta grauitate: ſimulata rei difficulta-
te. Rogantum. Pelie filiarum. Dux gregis:
aries: qui ouium dux eſſe videtur. Innume-
Aries in agnum. ris annis: quam plurimis annis. Effetus: vi
ribus euacuatus. Pecudis arietis. nam pe-
Pecus. cus omne animal diciẗ/humana effigie ca-
rens. Ualidos ſuccos: magne potentie ſuc-
cos/vt quib⁹ interfectus aries non ſolū vite
fuerit reſtitutus/ſed etiā agnus effectus. Ex.
illi herbarū ſucci. Et tener balatus: hoc eſt
teneri

Diſſimilemq; animum ſubijt etate relicta.

¶ Nutrices Bacchi iuueneſcunt.
Fata regunt ſuperos: nō Colchida: Colchide nymphis
Si iuuenile datur coꝛpus Iacche tuis.

¶ Uiderat ex alto tanti miracula monſtri
Liber: ⁊ admonitus iuuenes nutricibus annos
Poſſe ſuis reddi: capit hoc a Colchide munus.
¶ Neve doli ceſſent: odium cum coniuge falſum
Phaſias aſſimilat: Pelieq; ad limina ſupplex
Confugit: atq; illā (quoniā grauis ipſe ſenecta eſt)
Excipiunt nate: quas tempoꝛe callida paruo
Colchis amicitie fallacis imagine cepit.
Dumq; refert inter meritoꝛum maxima demptos
Eſonis eſſe ſitus: atq; hac in parte moꝛatur:
Spes eſt virginibus Pelia ſubiecta creatis
Arte ſuum parili reuireſcere poſſe parentem.
Idq; petunt iuuenes. pꝛetium ſine fine paciſci.
Illa bꝛeui ſpatio ſilet: ⁊ dubitare videtur.
Suſpenditq; animos ficta grauitate rogantum.
Mox vbi pollicita eſt: quo ſit fiducia maioꝛ
Muneris huius ait. qui veſtras maximus euo eſt
Dux gregis inter oues agnus medicamine fiet.

¶ Aries in agnum.
Olim aries fueram: fodit mea guttura Colchis:
Uixi in aqua: ⁊ viuens perſequoꝛ agnus oues.

Pꝛotinus innumeris effetus laniger annis
Attrahitur flexo circum caua tempoꝛa coꝛnu:
Cuius vt Emonio marcentia guttura cultro
Fodit: ⁊ exiguo maculauit ſanguine ferrum:
Membꝛa ſimul pecudis/validoſq; venefica ſuccos
Mergit in ere cauo/ minuunt ea coꝛpoꝛis artus:
Coꝛnuaq; exurunt: necnon cum coꝛnibus annos:
Et tener auditur medio balatus aheno.
Nec moꝛa balatum mirantibus/exilit agnus:
Laſciuitq; fuga: lactentiaq; vbera querit.
Obſtupuere ſate Pelia: pꝛomiſſaq; poſtquam
Exhibuere fidem: tum vero impenſius inſtant.
Ter iuga Phebus equis in Hibero flumine merſis
Dempſerat: ⁊ quarta radiantia nocte micabant
Sydera: cum rapido fallax Eetias igni
Imponit purum laticem/⁊ ſine viribus herbas.

¶ Pelie cedes.
Natarum lacerat Pelian manus impia: vt vltra
Uiuat: ⁊ extinctus perdit vtrumq; pater.

Iamq; neci ſimilis reſoluto coꝛpoꝛe/regem

Et cum



teneri agni balatus. Balare aūt verbum eſt factitium/ab ouiū voce declinatum. Lactantia vbera: lacte ple
na. Exhibuere fidē: fecere fidē. Ter iuga: tres inquit trāſierāt dies. Nam phebus demere iuga fingitur equis
currū ſolis trahētibus nocte aduenientē. In Hibero flumine: Hiberus Hiſpanie eſt fluuius: quē pꝛo Ocea- Hiberus.

Et cum rege ſuos cuſtodes ſomnus habebat:
Quem dederant cantus: magiceq; potentia lingue.
Intrarant iuſſe cum Colchide limina nate:
Ambierantq; toꝛum: quid nunc dubitatis inertes:
Stringite ait gladios: veteremq; haurite cruoꝛem:
Ut repleam vacuas iuuenili ſanguine venas.
In manibus veſtris vita eſt/etaſq; parentis.
Si pietas vlla eſt: nec ſpes agitatis inanes:
Officium pꝛeſtate patri: teliſq; ſenectam
Exigite: et ſaniem coniecto emittite ferro.
His vt queq; pia eſt hoꝛtatibus/impia pꝛima eſt.
Et ne ſit ſcelerata: facit ſcelus: haud tamen ictus
Ulla ſuos ſpectare poteſt: oculoſq; reflectunt:
Cecaq; dant ſeuis auerſe vulnera dextris.
Ille cruoꝛe fluens: ſubito tamen alleuat artus:
Semilacerq; toꝛo tentat conſurgere: et inter
Tot medius gladios pallentia bꝛachia tendens/
Quid facitis nate: quis vos in fata parentis
Armat ait: cecidere illis animiq;/manuſq;.
Plura locuturo/cum verbis guttura Colchis
Abſtulit: et calidis laniatum merſit in vndis.

¶ Cerambus in auem.
Deucalioneo foꝛet obꝛutus ipſe Cerambus
Tempoꝛe: nympharum ni celer ales ope.

¶ Que niſi pennatis ſerpentibus iſſet in auras:
Non exempta foꝛet pene: fugit alta/ſuperq;
Pelion vmbꝛoſum/Philyꝛeaq; tecta/ſuperq;
Othꝛyn: et euentu veteris loca nota Cerambi.
Hic ope nympharum ſublatus in aera pennis:
Cum grauis infuſo tellus foꝛet obꝛuta ponto:
Deucalioneas effugit inobꝛutus vndas.
¶ Eoliam Pitanen a leua parte reliquit:

¶ Draco in ſaxum.
Eſt factus draco ſaxeus: viatoꝛ
Tutus perge: draco nihil minatur.

Factaq; de ſaxo longi ſimulachꝛa draconis:

¶ Iuuencus in ceruum.
Coꝛnua cum ceruis longiſſima: coꝛnua quare
Non ſunt longa tibi cerue: iuuencus eram.

¶ Ideumq; nemus: quo nati furta/iuuencum
Occuluit Liber falſi ſub imagine Cerui:
¶ Quaq; pater Coꝛyti parua tumulatus harena:

no Atlātico ponere videtur poeta. Fallax Ee-
tias. Medea fallēdi perita. Dederant: effece
rāt. Exigit: expellit. Et saniē. ſanioſū ſangui- Sanies.
nē. Et ne ſit ſcelerata: adeo acutū eſt hoc di-
ctū/vt cōtraria retinere videaẗ: ne qua inq̄t
ſit ſcelerata ⁊ impia nō emittēdo ſanguinem
pr̄is ſanioſum: ſcel⁹ ppetrat ipſum interficiē
do. Haud tn̄ ictus: decoꝛū ſeruat poeta pia-
rū in patrē filiarū: quarum nulla potuit ſuſti
nere: vt ſpectaret vulnera patris. Ceca vulne
ra: que ipſe filie nō addebant. Abſtulit. abdi
dit: recidit. Colchis: Medea. Calidis in vn-
dis. archaiſmos eſt: ⁊ antiqua loquēdi figu-
ra: ſi em̄ eſſet oꝛatio ſoluta: calidas in vndas
diceremus. ¶ Fabule. v. libꝛi. vij. argumētū.
¶ Que niſi pēnatis ⁊c. Medeā fugiētē docet Lactātius.
Heſiodus Othꝛyn montē Theſſalie petijſſe:
in quem diluuio Deucalionis Cerambus
nympharum auxilio pēnis delatus ſit: et in
montem Parnaſum qui eſt altiſſimus.
☞ Que niſi pēnatis: cerābus nympharum Raphael.
ope diluuij tēpoꝛe in auem conuerſus/altiſſi
mos Theſſalie mōtes aſcendit: ſicq; aquarū
inūdationē vitauit. Pēnatis: alatis. Phily- Chiron.
rea tecta. Chironis domū: quē Philyꝛa nym
pha ex Saturno (vt diximus) peperit. Uete-
ris Cerābi: antiquiſſimi: quippe q̄ ante dilu- Cerambus
uiū fuerit. Obꝛuta: cooperta. Deucalioneas
vndas: diluuiū qđ fuit tēpoꝛe deucalionis et
Pyꝛrhe. ¶ Fabule. vi. libꝛi. vij. argumentū. Lactātius.
¶ Eoliam ⁊c. Hinc pitanē vrbē Eolie relin-
quētē vidiſſe dracone̅ in ſaxū eē trāſfiguratū.
☞ Eoliā Pitanen. Pitane vrbs eſt Eolica: Raphael.
vn̄ ⁊ Eoliā poeta appellat: nō quod ibi Eol⁹ Pitane.
regnarit: vt quidā putant. Ex pitana arceſi-
laus academic⁹ fuit: qui cū zenone apud Po
lemonē didicit. Tradūt apud Pitanam late
res ſuper aquis fluitare. Factaq; de ſaxo. me-
tamoꝛphoſin ſerpentis in lapidē ſignat. Hic Draco in ſaxum.
autē videtur eſſe ille draco: qui ſpectantibus
grecoꝛū ducibus apud Aulidem ſignificauit
decimo tandē anno Troiā eſſe capiēdā: cum
enim in arboꝛē aſcendiſſet: in qua auicularū
nidus erat: nouē pullos pꝛimū: deinde coꝛū
matrē deuoꝛauit. Quod cū vidiſſet Calchas
decimo demū anno Troiam capi poſſe pꝛedi
xit. Serpēs vero illa ad perpetuā rei memo-
riā in ſaxeā Dracōis imaginē fuit cōmutata.
¶ Fabule ſeptime libꝛi ſeptimi argumētū. Lactātius
¶ Ideumq; ⁊c. Deinde Ideum nemus adijſ-
ſe: in quo Liber pater iuuencum transfigura
tum in cerui figurā ſubtraxit.
☞ Ideūq; nemus: Idas duas eſſe certū eſt. Raphael.
Alterā in Creta: Alterā in Phꝛygia de phꝛy-
gia nunc videtur poeta ſentire. Quo nati fu.
Thyoneus bacchi fili⁹ (vt quidā aiūt) iuuen Thyoneus
cū Phꝛygijs paſtoꝛibus abegerat/cū cū pa-
ſtoꝛes perſequerētur/Bacchus Thyoneum
quidem in venatoꝛē: iuuēcum vero in ceruū
cōuertit: qđ cū ruſtici vidiſſent: a perſequen
do Thyoneo deſtiterūt. Thyoneus aūt bac-
chus quoq; dicitur a thyone vel matre: vel
nutrice vel (vt quidam aiunt) παρα τὸ θύ-
ειν: hoc eſt a ſacrificando.
¶ Fabule octaue libꝛi ſeptimi argumentū. Lactātius.
¶ Qua, ⁊c. nec minus patrem Coꝛyti paruo
conditū ſepulchꝛo.
☞ Quaq; pater. qs Coꝛyti pr̄ fuerit: aut vbi Raphael.
ſit ſepult⁹ nō memini me legiſſe. Sic q̄dē olī

Corytꝰ paridis ex oenone filiꝰ.

ingenue ꝓfeſſus ſum. Nūc vero a Lycophronis enarratore admonitꝰ video patrē Coryti Paridē fuiſſe. Nā Paris ex Enone filiū Corytū ſuſcepit: quē mater a Paride relicta ducē itineris eūtibꝰ aduerſus Troianos Grecis dedit: id qđ apud Lycophronē Caſſandra futurū eſſe vaticinatur. Paris autē ipſe in Cebrina Troadis vrbe ſepultus fuiſſe ſcribitur a Srabone. ¶ Fabule. ix. libri. vij. argumentum.

Lactantiꝰ.

¶ Et quos ⁊c. Item Meram in figuram canis eſſe conuerſam.

Raphael. Mera.

☞ Et quos mera ſuo latra. Mera (vt ſcri. Iginꝰ) Icari Athenienſis Erigones pr̄is fuit canis, ꝗ Icarū a ruſticis occiſum ſuis vlulatibꝰ Erigōe indicauit: quorū caſū Iupiter miseratꝰ in aſtris corpa eorū deformauit. Itaqꝫ Icarū bootē: Erigonē virginē: Canē aūt ſua appellatione ⁊ ſpecie Caniculā dixerūt, ꝗ a Grecis, ꝙ ante maiorem canem exoritur, Procyon appellatur.

Canis. Procyon.

¶ Mera canis.

Mera canis fueram: ſum facta canicula ſignum:
Sum quod et Icarus eſt: ſum quoqꝫ et Erigone.

¶ Et quos mera nouo latratu terruit agros:

Lactātius.

¶ Fabule decime libri ſeptimi argumentū.

¶ Eurypyliqꝫ ⁊c. Ab his regionibꝰ digreſſā Eurypyli vrbē cōtigiſſe: in qua Coe matrone in cornutas boues transfigurate ſunt: ꝓpter effectū qđ Veneri formā ſuā anteposuerunt.

¶ Coe mulieres cornute.

Matribus impoſuit Cois Saturnia fronti
Cornua: proh miſeros quos premit ira deum.

¶ Eurypyliqꝫ vrbem, qua Coe cornua matres
Geſſerunt, tunc cum diſcederet Herculis agmen.

Raphael. Erypylus

☞ Eurypyliqꝫ vr. Eurypylꝰ Herculis fuit filius ꝗ in Co inſula regnauit, augur peritiſſimus, de quo Ver. Suſpēſi Eurypylū ſcitatū oracula Phebi mittimꝰ. Qua cee cor. mres. Cos inſula eſt Egei a qua Cous deriuaꝛ, nō Ceus. vñ Coe mihi legēdū videꝛ. Mulieres aūt Coe cū egre ferrēt ab Hercule armēta geryoni erepta ꝑ agros ſuos fuiſſe acta Iunōi dr̄ conuiciate. Quare Iuno indignata eas oēs in vaccas trāſfigurauit. Sane Eurypyli tres fuerūt a poetis decātati: quorū primus Telephi filiꝰ regioni Theutranie Caico vicine imperauit. alter Ormenij nepos: nā Ormenius duos ꝓcreauit filios Amyntorē ⁊ Euenorē e quorū altero Phenicē, ex altero Eurypylū ortos eſſe Stra. refert. tertiꝰ Herclis filiꝰ. Eurypyli ṽo vrbē Con eſſe accipiēdā admonet etiam Home. in Catalogo, cū inquit. Quiqꝫ Niſyrō habēt celſam, Carpathumqꝫ, Caſumqꝫ, Eurypyliqꝫ vrbē Cō: equor eaſqꝫ calydnas. ¶ Fabule. xi. libri. vij. argumentū.

Cee mulieres cornute.

Eurypyli tres:

¶ Telchines omnia viſu mutantes.

Telchines: quorum mutauerat omnia viſus:
Subdidit equoree Iupiter altus aque.

¶ Phebeamqꝫ Rhodon, et Ialyſios Telchinas:
Quorum oculos ipſo mutantes omnia viſu
Iupiter exoſus, fraternis ſubdidit vndis.

¶ Puella in columbam.

Non mirum placidam ſi dat natura columbam,
Cui pater Alcidamas caſta puella fuit.

¶ Tranſit et antique Carthcia menia Cee:
Qua pater Alcidamas placidam de corpore nate
Miraturus erat naſci potuiſſe columbam.

¶ Hyries Phyllius in cygnum.

Cui renuit ſolitus dare Phyllius omnia taurum
Deſilij ſcopulo: ſum modo factus olor.

¶ Inde lacus Hyries videt, et Cygneia tempe,
Que ſubitus celebrauit olor: nam Phyllius illic
Imperio pueri, volucreſqꝫ, ferumqꝫ leonem
Tradiderat domitos: taurum quoqꝫ vincere iuſſus
Vicerat: et ſtricto toties iratus amori
Premia poſcenti taurum ſuprema negauit.
Ille indignatus: cupies dare: dixit: et alto
Deſiluit ſaxo: cuncti cecidiſſe putabant.
Factus olor niueis pendebat in aere pennis.

Lactātius.

¶ Phebeāqꝫ ⁊c. Dehinc Telchinas Ialyſios trāgreſſam: quos Iupiter propter odium cōiugis ſue Iunonis ſubiecit mari.

Raphael.

☞ Phebeāqꝫ Rho. Phebo ꝯſecratā. Et Ia. Tel. Ialyſius vna eſt ex Rhodi vrbibꝰ. Telchines aūt Rhodi populi fuerunt. ꝗ cū oia ſuo aſpectu in peiꝰ cōmutarēt: ab Ioue fuere ſubmerſi: vñ ⁊ Rhodos prius Telchinis. fuit appellata. Nā Ophiuſa primū ⁊ Ethrea fuit dicta: deinde Telchinis: eo qđ Telchines inſulā incolerēt, quos nōnulli faſcinatores ⁊ maleficos fuiſſe aiūt, ꝙ ſtygiā aquā aīalibꝰ ⁊ ſtirpibus pniciei gr̄a aſpergerēt. Nōnulli cōtrariū ſentiūt: ꝙ artibꝰ preſtātes a ſimilibꝰ artificibꝰ inuidia habereꝛ: vñ hanc infamiā (vt Stra. refert) ſunt aſſecuti: ⁊ primū ex creta in Cyprū venerūt: poſtea in Rhodō: pmiqꝫ ferrū ⁊ es in vſu hūiſſe dr̄: nā ēt Harpē Saturno fecerūt. Telchis qđē vrbs eſt Ethiopie iuxta Libyā: vñ Telchites: et Telchinꝰ deducuꝛ. Creta qꝫ et Sicyō telchina fuit appellata: eiuſqꝫ incole Telchines. ¶ Fabule. xij. lib. vij. argu.

Telchines

Telchis.

Lactātius.

¶ Tranſit et antique Cartheia ⁊c. Quorum regione relicta Ceam vrbem perueniſſe: in qua Alcidamantem ſcribit ex filia vidiſſe columbam procreatam eſſe.

Raphael. Cea. Cos. Hydriuſa. Cartheia.

☞ Antique Cee. Cea iſula eſt: ꝗ a grecis ⁊ Cos ⁊ hydrinſa vocaꝛ: auulſa Euboee, vt ſcri. Pli. ſꝫ Oui. aliā eē a Co iſula ſentit. Quīgētis lōga a ſtadijs fuit quōdā: mox ꝗtuor fere ꝑtibꝰ, ꝗ ad Beotiā vergebāt mari deuoratis. Oppida (vt dixi) ꝗtuor hēbat: Iulida: Carthea: Cereſſā: phoceſtā: ex qbꝰ duo intercidere cereſſa ⁊ phoceſa. Ex hac ꝓfectā delectationi feminis veſtē auctor eſt Varro. Carcheſia me. ſic quidē legitur ſed corrupte: vt mihi videtur: Cartheia vero eſt legendū. Nam Cartheia vna eſt ex quatuor vrbibus Cee inſule a Cartheo ibi mortuo cognominata. Cartheia item vrbs eſt Iberie. ¶ Fabule. xiij. lib. vij. argumentum.

Lactātius.

¶ Inde ⁊c. Poſt hec lacū Hyries ⁊ Cygni Tēpe. in quibꝰ locis cū graui amore pueri tenereꝛ: ⁊ imperio eius volucres indomitas: ac leonem magnū pati coegiſſet: taurūqꝫ viciſſet: neqꝫ ideo labor eiꝰ potiundi merces extitiſſet: indignatus ex precipiti loco cū ſe odio laborū iaceret: in volucrem olorē conuerſus eſt.

Raphael. Hyria. Hyrie in lacum. Hyries: filiꝰ i cygnū

☞ Inde la. Hyr. Hyrie fluuiꝰ ē Beotie: de ꝗ Ho. in. ij. Iliados. Eſt ⁊ hyria regio iuxta Aulidē: ē ⁊ vrbs Iſaurie iuxta Seleuciā: eſt ēt in Iapiſia Cretēſiū opꝰ: ſꝫ Lacꝰ Hyries iuxta Tēpe eē innuit poeta: ſic dictos a caſu Hyries: ꝗ flēdo amiſſum filiū i fontē ſui nois cōuerſa fuit. Nā Phylliꝰ qđā amore filij Hyries captꝰ: cū multa īperio pueri ꝑegiſſet, ei taurū domitū negauit. Qđ qđē egre ferēs puer: ſe ex alto mōte precipitē dedit: ſed miſeratione deorū in cygnū fuit cōuerſus. Delituit. ſic qđē legiꝛ: ſꝫ cū a deliqueſcēdo veniat: deliquit ꝑ c ſcribendū



bendū videꝛ: vt intelligamus eā in liquorē fuiſſe reſolutam. ¶ Fabule. xiiij. libri. vij. Argumentum.

Lactantiꝰ

¶ At genitrix ⁊c. Hyrie autem mater eiꝰ flēdo aſſidue caſum filij ſui: in ſtagnum delicuit miſericordia deorum, quod eſſet ſui nominis. ¶ Fabule. xv. lib. vij. Argumentum.

Lactantiꝰ

¶ Adiacet ⁊c. Ab his digreſſam Pleurona perueniſſe: in qua vrbe Iābe cū Phaſnei filij occiderētur: deorū miſericordia effectū eſt: vt in auē transformareꝛ. ☞ Adiacet his. Pleurō in qua. Pleuron Etolie vrbs eſt: vñ Pleuroniꝰ. Ophphias Cōbe. Ophphij filia, que ꝓperā Iābe ab interꝑte Greco dicta, in auē ne a filiorū multitudine (ad cētum em̄ fertur peperiſſe) vulneribꝰ ꝯficereꝛ: fuit cōmutatā. Hec omniū prima es in Euboea inueniſſe narraꝛ: vñ ⁊ Chalcis απο του καλκου: id eſt ab ere fuit appellata.

Raphael. Iambe in auem.

¶ Hyrie in lacum.

Progeniem: que cygnus erat cecidiſſe putabam:
Dum fleo: ſio lacus: nomen habens Hyrie.

¶ At genitrix Hyrie ſeruatum neſcia flendo
Delicuit: ſtagnumqꝫ ſuo de nomine fecit.

¶ Combe in auem.

Cum ſit auis Combe: quid adhuc trepidantibus alis
Errat: adhuc prolis vulnera ſeua timet.

¶ Aiacet his Pleuron: in qua trepidantibus alis
Ophphias effugit natorum vulnera Combe.
¶ Inde Calaurce Latoidos aſpicit arua:
In volucrem verſi cum coniuge conſcia regis.

¶ Menephron.

Cyllene infamis merito non dicta, Menephron
In qua deperijt: qua prius ortus erat.

¶ Dextera Cyllene eſt: in qua cuꝫ matre Menephrō
Concubiturus erat ſeuarum more ferarum.

¶ Puer in Phocam.

Fles Cephiſe nepos tuus eſt quod Apolline Phocen
Verſus in equoream: cui nihil arma Iouis.

¶ Cephiſon procul hinc deflentem fata nepotis
Reſpicit in tumidam Phocen ab Apolline verſi.

¶ Eumeli filia in auem.

Deſinite Eumeli lachrymas mirarier: ipſe
Eſt pater: humane non pater: aſt volucris.

¶ Eumeliqꝫ domum lu gentis in aere natam.

¶ Fungi in homines.

Non genus humanum quod creuerit infima res eſt:
Cum ſint e fungis edita membra virum.

¶ Tandem vipereis Ephyren Pirenida pennis
Contigit: hic euo veteres mortalia primo
Corpora vulgarunt pluuialibus edita fungis.
¶ Sed poſtꝗ̄ Colchis arſit noua nupta venenis:
Flagrantemqꝫ domum regis male vidit: vtroqꝫ

Ian⁹ parrhaſius. Aes ꝓ ferro.

¶ Iambe vulgo ⁊ ab alijs Iambe apud Ouidiū legiꝛ: quā lectionē mēdoſaꝫ eſſe, Cōbeqꝫ legēdū bis ṽbis ꝯtēdit Ianus parrhaſiꝰ in Claudianū. Aes ꝓ ferro plerūqꝫ poniꝛ: ꝙ eiꝰ vſus antiqor ꝗ̄ ferri fuit. Heſiodus. Aere laborabāt nōdū noſcētia ferrū Secula. Quin ⁊ arma ⁊ tela ex ere vetuſtas habuit: vt ē apđ homerū: ꝗ Combe puella in Euboea primū inuenit: vñ cognominata Chalcis eſt. Eādē numeroſe ꝓlis exēplū nōnulli ex Grecis adducūt: nā cēties peperit: vt Ariſtus Salaminus in litterarū monumēta retulit: ⁊ Zenobius in collectaneis adagiorum meminit: ⁊ Oui. in. vij. Meta. vt eorꝫ vitāda ſit audacia: ꝗ veterē probāqꝫ lectionē deprauātes: Iamben ꝓ Cōbe ſubſtituerunt. Hactenꝰ Ianus.

Combe cēties pepit.

¶ Fabule. xvj. lib. vij. Argumētum.

Lactantiꝰ.

¶ Inde ⁊c. Ab his Calauream Lathoum regē cum coniuge in volucrem.

☞ Inde Calaurce Latoidos. Calaurea inſula eſt iuxta Cretam a Calauro Neptuni filio declinata. Eſt etiā vrbs Locrorꝫ, in ꝗ maxie Latona colebaꝛ: vñ ⁊ Latois vocaꝛ. De Calaurea: ꝗ ⁊ Calauria. Id ṽo ſit adnotādū. Calauriā dici inſulā Trezenio littori ꝓximā. in qua ſe ab Archie manibꝰ veneno Demoſthenes redemit: nō Calabriā vt mō in Plutarchi Latinis codicibꝰ fere circūfereꝛ. Hec em̄ eſt Italie portio. Diſtinctionē hāc agnoſcit Euſtachius. Inde apud Ouidiū in Metamorphoſi. Inde Calauree Latoidos aſtat in arua: ꝗ̄ ibi mō legitur Calaree.

Calaurea.

Ludouicꝰ Celiꝰ Rhodiginus.

Raphael. Ceix.

☞ In vo. ver. hic fuiſſe vꝛ Ceix rex Trachyne, ꝗ cū tēpeſtate i mari ꝑijſſet, Halcyoneqꝫ ipſius vxor Eoli filia flēdo ꝑire vellet: ambo i aues Halcyonides ꝯuerſi fueꝛt: vt in. xj. poeta plene deſcribit. ¶ Fab. xvij. lib. vij. Argu.

Lactantiꝰ.

¶ Dextera ⁊c. Deide Cyllenē adijſſe: hic Menephrō ne cū mr̄e ꝯcūberet: ab Ioue ē trāſfiguratꝰ i fere ſpeciē.

Raphael. Cyllene. Menephron.

☞ Dextera Cyl. eſt. Cyllene mōs eſt Archadie Mercurij natiuitate notiſſimꝰ, a Cyllene nympha cognominatus. eſt etiā Cyllene Elidum nauale. In qua cū ma. me. taxat Menephrona quendā quē cuꝫ matre coire non puduit. ¶ Fabule. xviij. libri ſeptimi Argumentum.

Puer in phocam. Cephiſus.

¶ Cephiſō ⁊c. Poſt horꝫ caſū vidiſſe Cephiſon nepotꝫ exitio deflētē, ꝗ ab Apolline i phocē trāſfiguratꝰ eſt. ☞ Cephiſon pro. hinc. Cephiſus fluuiꝰ eſt Beotie ꝑter labens. Delphos: cuiꝰ filiꝰ ab Apolline in phocaꝫ: hoc eſt vitulū marinū fuit conuerſus. ¶ Fabule. xix. lib. vij. Argumentum.

Eumelus.

¶ Eumeliqꝫ ⁊c. Item Eumeli domū adijſſe lugētis filiam in volucrem ceſſiſſe. ☞ Eumeliqꝫ do. Eumelus filiꝰ fuit Admeti regis Theſſalie: cuiꝰ filiā in auem conuerſam fuiſſe ait Ouidi. ¶ Fabule. xx. libri ſeptimi Argumentum.

Raphael. Fungi in homines.

¶ Tādē ⁊c. Aliqñ ēt Ephyrē ꝯtigiſſe verſam pēnis vipereris: in ꝗ vrbe primū ex fūgis edita eſtimanꝛ corpa. ☞ Ephyrē Pi. Corinthū i ꝗ fons ē Pirene. Scite āt Pirenida adiecit: nā mlt̄e vrbes eodē noie vocāꝛ: vt dixīmꝰ apđ Corinthū ṽo antiqtꝰ hoies ferūꝛ ex fungis ortos eſſe. ¶ Fabule. xxi. lib. vij. Argumētū.

Lactantiꝰ.

¶ Sed ⁊c. Indicat Colchis cū parēte Creōte Creuſam cōſumptā venenis arſiſſe. Nec minꝰ natos a ſe iterēptos Iaſone relicto. Inſpectis itaqꝫ caſibꝰ miſerorum veniſſe etiam Athenas.

Raphael. Theſeus a Medea veneno appetitur.

☞ Sꝫ poſtꝗ̄ Col. Medea dolēs Creuſā Creōtꝫ Corithiorꝫ regis filiā a Iaſone ſibi fuiſſe ꝑlatā, ꝗ die nuptie celebrabāꝛ, corona ex naphta: ꝗ igni vel lōgiꝰ poſito ſtati accēdiꝛ: ꝯfectā: velut mūeri noue nupte miſit, ꝗ ex funalibꝰ ignē ꝯcipiēs cū totā regiā cōbureret, Medea ſpectāte Iaſone filijs laniatꝫ a draconibꝰ alatis i aerē ſublata Athenas aduolauit: vbi Egeꝰ eā ñ hoſpitio ſolū ſꝫ ēt lecto ſibi copulauit, ex ꝗ cū iā Medū filiū ſuſcepiſſet, Theſeꝰ ipſiꝰ qđē Egei filiꝰ: ſꝫ quē pr̄ nōdū viderat Athenas aduenit: quē cū ⁊ ſibi ⁊ filio valde Medea timeret: aconitū venenū qđ e Cerberi ſpūa natū eſſe aiunt, preparauit: Egeoqꝫ pſuaſit: vt illi tanꝗ̄ hoſti ꝑberet: id ṽo cū Theſeus foret hauſturus: capulo enſis viſo agnitꝰ a pr̄e ꝓhibitꝰ eſt. Quare Medea nubes carminibꝰ excitauit, qbꝰ tecta vna cū filio medo Theſei gladiū fugiēs in Aſiā aduolauit. vbi (vt Stra-

bo narrat)a q̄buſdã d̄r cū Jaſone regnaſſe:ac veſtē tenuiſſimã:qua vtebat̃ de ſuo noīe Medeã appellaſſe. Cū em̄ ꝓ rege exiret faciē ſuã occultabat:huic Medus filiꝰ regni ſucceſſor regioni nomē fertur impoſuiſſe. Colchis.Colchicis. Noua nupta. Creuſa Creontis Corinthiorum regis filia. Ulta male.qm̄ cū mater eſſet/cōmunes filios interfecit. Titaniacis draconibꝰ:q̄ ex Titanū ſanguine nati eſſe dicuntur.

Raphael. ☞ Palladias arces. Athenas vbi Phineus:Periphas:⁊ Polyphemonis neptis in aues fuere conuerſi. Phineꝰ et Periphas in aues. Hę vero fabule mihi ſunt ignote.

¶ fabu.xxij.lib.ſeptimi Argumētū.

Sanguine natorum perfunditur impius enſis.
Ultaq̄ ſe mater male/Jaſonis effugit arma.

¶ Phineus/Periphas ⁊ puella in aues.
Phinea Cecropie:⁊ neptem Polyphemonis arces
Uiderunt volucres teq̄ ſenex Peripha.

Hinc Titaniacis ablata draconibus/intrat
Palladias arces:que te iuſtiſſime Phineu:
Teq̄ ſenex Peripha pariter videre volantes.
¶ Innexamq̄ nouis neptē Polyphemonis alis.

¶ Medea ad Egeum.
Deſeruit coniunx:nocuere venena Creuſe:
Meq̄ Egeus docte ſuſcipit arce dee.

¶ Excipit hanc Egeus facto damnandus in vno.
Nec ſatis hoſpitiū eſt:thalami quoq̄ federe iungit.
Jamq̄ aderat Theſeus proles ignara parenti:
Qui virtute ſua bimarem pacauerat Iſthmon.

¶ Aconita e Cerberi ſpuma.
Cerberus vt ſpumas viſo diſperſit olympo:
Cautibus in duris nata aconita ſumus.

Huius in exitium miſcet Medea:quod olim
Attulerat ſecum Scythicis Aconiton ab oris.
Illud Echidnee memorant e dentibus ortum
Eſſe canis: ſpecus eſt tenebroſo cecus hiatu:
Eſt via decliuis:per quam Tirynthius heros
Reſtantem:contraq̄ diem/radioſq̄ micantes
Obliquantem oculos:nexis adamante cathenis
Cerberon attraxit:rabida qui concitus ira
Impleuit pariter ternis latratibus auras:
Et ſparſit virides ſpumis albentibus agros.
Has concreſſe putant:nactaſq̄ alimenta feracis/
Fecundiq̄ ſoli/vires cepiſſe nocendi:
Que quia naſcuntur dura viuacia caute:
Agreſtes Aconita vocant:ea coniugis aſtu
Ipſe parens Egeus nato porrexit:vt hoſti.
Sumpſerat ignara Theſeus data pocula dextra/
Cum pater in capulo gladij cognouit eburno
Signa ſui generis:facinuſq̄ excuſſit ab ore.

¶ Medee fuga.
Effugio hinc:Egeus dederat mea pocula nato:
Qui:(vt volui)noto non perijt capulo.

Effugit illa necem nebulis per carmina motis.

Lactantiꝰ. ¶ Innexamq̄ nouis ⁊c. Item neptē Polyphemonis volucrum expleſſe numerum.

¶ fabu.xxiij.vij.libri Argumentum.

Lactantiꝰ. ¶ Excipit hāc Egeꝰ ⁊c.ab ijs nouiſſime excipit̃ ab Egeo:nec minꝰ iungit fedꝰ:inter hec Theſeꝰ Egei filiꝰ errore ⁊ laboribꝰ plenꝰ excipit̃ a patre:cui ꝑtinꝰ Medea parat venenū:qd̄ aconitū appellāt. Hercules em̄ cū ad inferos deſcēdiſſet miſſus ab Euryſtheo vt canē tricipitē ad ſuperos ꝑduceret:poſtq̄ eū i regionē Pōticã ꝑduxit:territū aīaduertit ex nouitate aeris vomitū ꝓfudiſſe. Nota toitaq̄ loco ſpumã eiꝰ i venenū eſſe ꝯuerſã: qd̄ Greci acōitū noīant:q2 naſcit̃ in cautibꝰ.

Egeus. ☞ Excipit hāc Egeꝰ facto. Egeꝰ rex Athenarū cōſuluit oraculū:q̄ mō ꝓlē virilē ſuſcipere poſſet:a quo cum accepiſſet vt priuſq̄ Athenas reuerteret̃:cū muliere coiret:ad Pittheū Trezenis regē ꝓfectꝰ ei oraculū cōicauit. Quo cognito Pittheꝰ ei filiã Ethiam a Neptuno vitiatam copulauit. Inde vero Egeꝰ diſceſſurus vxorē iã grauidã ad ſaxum ſolã cū adduxiſſet:illi calceos:gladiūq̄ ſubiecit. Uxori deide mādauit:vt ſi maſculū peret eū ad ſe nō ante mitteret:q̄ adultꝰ ipē ꝑ ſe reuoluto ſaxo gladiū ⁊ calceos tollēs ſecū ferret. Hinc em̄ Egeus ſe cogniturū ſperabat an quē Ethra foret paritura:ſibi filiꝰ eēt. Theſeus igit̃ ex illa natꝰ Egei q̄dē filiꝰ putatus eſt:cū Neptuni foret:vt Iſocrates in Helenes laudatiōe ait. Is v̄o cū adoleuiſſet indicāte mr̄e ⁊ ſaxū reuoluit:⁊ calceos/⁊ gladiū ſuſtulit: Athenaſq̄ ꝓficiſcens multos latrones Iſthmū obſidētes iterfecit:cū v̄o Athenas ꝑueniſſet:nō añ a p̄re agnitus eſt:q̄ capulū gladij ſui quē ſaxo p̄r ipſe ſubiecerat: aſpexit. Quo cognito poculū venenatum ſtimulāte Medea iã porrectū e filij manibꝰ excuſſit. Facto i vno.in hoc vno facto:quo Medeã hoſpitio ſuſcepit. Proles ignara. ignota legēdū mihi vr̄:q̄uis fere ignara legatur.

Medea ad Egeum. Raphael.

Aconitū ex Cerberi ſpumis. Aconiton.herba eſt ꝑſentiſſimi veneni. Aconitū απο της ακονης:hoc eſt a cote dictū: q2 in cotibꝰ naſcat̃:vt nō ſolū Piniꝰ:ſ3 ipſe quoq̄ ſcrib. Ouid. Echidnee canis. Cerberi canis tricipitis. Nã (vt refert Pli.in.xxvij. natu. hiſto.) fabule narrauere aconitum e ſpumis cerberi canis ortū:extrahēte eū ab inferis Hercule. Ideoq̄ apud Heracleam Pōticã:vbi mōſtrat̃ eiꝰ ad inferos aditus gigni. Euphorion aūt ⁊ Herodotꝰ narrant Cerberū ex inferis ab Hercule extractū atrã bilē euomuiſſe:ex qua aconitum ſit natum.

Unde aconitum. Specꝰ eſt iuxta Heracleã Pōticã:vbi Herculis ad iferos deſcēſus mōſtrat̃. Nã (vt i.ij. Argonau. Apollo.ait)iuxta Heracleã Ponticã eſt Acheruſias ꝓmōtoriū:ex cuiꝰ vaſto ſpecu ꝑ quē deſcendit̃ ad inferos: Acharon orit̃. Tirynthiꝰ heros. Hercules a Tirynthe patria cognoiatꝰ. Reſtātē.reſiſtentē. Nexis adamāte cathenis.hoc ē ex adamāte ꝯfectis ac ꝑ hoc firmiſſimis. Ternis latratibꝰ: quia tria h3 capita. Que q2 naſcūt̃.ſic ⁊ Pli.q̄uis aliã quoq̄ nois originē aſſignet:his quidē verbis. Naſcit̃ in nudis cautibꝰ:quas aconas vocāt:⁊ inde aconitū dixere:nullo iuxta ne puluere q̄dem nutriente. Hāc aliqui rōnē nominis attulere. Alij quoniā vis eadē in mortem



in mortē eēt: que cotibꝰ ad ferri aciē deterēdã: ſtatimq̄ admota velocitas ſentiret̃. Cōiugis aſtu.vxoris aſtutia. Ignara dex.ipē inſciꝰ. Facinuſq̄ excuſſit. venenū ab ore filij repulit. ¶ Fabule.xxiiij.vij.libri Argumentū.

Lactātiꝰ. ¶ At genitor ⁊c. Poſt hec referūt feſtos dies agētes laudes Theſei:quēadmodū taurū marathoniū intermiſſet:vt etiã Procuſten:Cercyoniſq̄ necē:qui trabes opponebat poſtibus ita:vt victi exanimarentur ab eis. Scyronē quoq̄ Neptuni ſolitū iter facientibus tēdere inſidias qui poſtq̄ a Theſeo eſt interfectus:eius fluctibus agitatū ꝓpter crudelitatē ſcopulo inheſit:vnde Scironides petre ſunt nominate ab eiꝰ nomine.

¶ At genitor quanq̄ letatur ſoſpite nato:
Attonitus tamen eſt geniti diſcrimine/paruo
Committi potuiſſe nefas:fouet ignibus aras:
Muneribuſq̄ deos implet:feriuntq̄ ſecures
Colla toroſa boum vinctorum cornua vittis.
Nullus Erechthidis fertur celebratior illo
Illuxiſſe dies:agitant conuiuia patres:
Et medium vulgus:necnon et carmina/vino
Ingenium faciente/canunt.te maxime Theſeu

¶ Theſei geſta.
Taurus/aperq̄/Scinis/latro/ſemiuir/atq̄ Procuſtes:
Sciron:Theſea monſtra ſubacta manu.

Mirata eſt Marathon Cretei ſanguine tauri:
Quodq̄ ſuam ſecurus arat cremyona colonus:
Munus/opuſq̄ tuum eſt:tellus Epidauria per te
Clauigeram vidit Uulcani occumbere prolem.
Uidit et immitem Cephiſias ora Procuſten.
Cercyonis letum vidit Cerealis Eleuſis.
Occidit ille Scinis magnis male viribus vſus:
Qui poterat curuare trabes:et agebat ab alto
Ad terram late ſparſuras corpora pinus.
Tutus ad Alchatoen Lelegia menia limes.

¶ Scironis oſſa in ſcopulos.
Scironis ſcopuli ſumus oſſa latronis:ab alto
Quem miſit Theſeus in mare precipitem.

Raphael. ☞ At genitor ⁊c. Theſei geſta commemorat poeta:quo cōmodiꝰ metamorphoſin Scylle in auē cū ſuperiore fabula connectere poſſit.

Torus. Diſcrimine par.pua differētia. paulū em̄ abfuit q̄n venenū Theſeꝰ hauriret. Colla toro. craſſa/ac pinguia. Nã torꝰ interdū ꝓ pulpa eminētiore accipitur:vt Uerg.in geor. Luxuriatq̄ toris aīoſū pectꝰ. Interdū pro ſede a tortis herbis. Uergi.ij.enei. Inde toro pater Eneas ſic orſus ab alto. Uictorū cornua.habētiū cornua vittis colligata. Nullꝰ Erechthidis. Atheniēſibus:ab Erechtheo rege dictis. Ea aūt feſta theſeia a theſeo vocata fuerūt:qd̄ in illius honorē cū propter alia multa:tū q2 primus omniū ſtatū popularē Athenis cōſtituit:qui tātiſper durauit:dum Piſi-

Erechtheꝰ ſtratus tyrānidē occupauit:vt pauſanias vero ſcribit. Agitāt.celebrāt. Uino ingeniū faciēte.ſic Hora. Fecūdi callices:quē nō fecere diſertū. Te maxime Theſeu . carmina refert: q̄ in Theſei laudē canebant̃. Theſeꝰ em̄ egei

Theſei geſta. filiꝰ ex Ethra Pitthei filia tot preclara geſſit vt inter Hercules vnꝰ numeret̃:nã ⁊ taurum ab Euryſtheo immiſſum Atticã totã vaſtātē in Marathōe interfecit ⁊ varios Grecie latrones ſuſtulit. Marathō. Marathō aūt cã-

Marathō pus eſt:⁊ ſylua iuxta Athenas a Marathōe heroe(vt Pauſa.ſcribit)cognoiatꝰ:vñ Marathoniꝰ declinat̃. Cretei tau. Cretēſis:ex creta em̄ ab Hercule ad Euryſtheū ductus eſt. Nã Minos(vt fert̃) Neptuno ſacrificaturꝰ victimã optauit maieſtate illiꝰ dignã:cui neptunꝰ taurū obtulit pulcherrimū. Et cū ſeruare vellet Minos:iratꝰ Neptunꝰ tauro furorē immiſit a q̄ tota fere inſula fuit deuaſtata. Ad eū domādū miſſus eſt Hercules:quē vinctū ad Euryſtheū duxit . Ab eo v̄o dimiſſus: cū Atticã deuaſtaret: a Theſeo fuit iterfectꝰ.

Cremyon. Quodq̄ ſuã Cremyona. Cremyō victus eſt iuxta Corinthū:qui diu a cremyonia ſue mr̄e ⁊ Calidonij ⁊ Erimāthij aprorū fuit vexatꝰ:q̄ a theſeo interfecta.ſecuros illiꝰ loci colonos ꝓſtitit. Eſt ēt Cremyō vrbs Libye:vñ Cremyoniꝰ deriuat̃. Cremyō ſ3 qui-

Epidaurꝰ. dē a Grecis ꝑ duplex m ſcribit̃:ſ3 alterū ab Oui. v̄ſus gr̄a ꝓtermiſſū vr̄. Tellꝰ Epidauria. Epidaurꝰ vrbs eſt lopōneſi Eſculapij tēplo nobilis:q̄ (vt Stra.refert) Epitaurꝰ antea vocabat̃. Clauigerã prolē Uulcani:peri-

Periphitꝰ phraſis eſt Periphiti latronis:q̄ iuxta Epidaurū cū hoſpites perimeret claua quadã:q̄ coryna vocabatur: Corynetꝰ fuit cognoiatꝰ. Is a theſeo tandē(vt ſcri. Diodo.)fuit interfectꝰ. Uidit ⁊ immitē. Procruſtes vt idē

Corynetꝰ. ſcri. Dio.eo in loco terre Attice:q̄ Curdalꝰ d̄r:latrocinia exercēs:cogebat hoſpites:ſupra lectū aliquē aſcen-

procruſtes dere: qui ſi lōgiores fuiſſent:pars ſupeminēs amputabat̃:q̄ vero breuiores fuiſſent:pedibꝰ diſtēdebātur: a

Cercyon. qua re Procruſtes etiam fuit cognoiatus:nam προκρουω vñ declinatur:ſignificat impello. Is q̄q3 a Theſeo fuit interfectꝰ. Immitē.crudelē. Cephiſias ora.regio q̄ a Cephiſo Beotie fluuio alluit̃. Cercyonis letum.

Eleuſis. Cercyō itē latro Arcadicꝰ:q̄ apud Eleuſinã viatores ad certamē ꝓuocabat:victoſq̄ interficiebat: a Theſeo fuit interēptꝰ. Eleuſis. Eleuſis aūt vicꝰ ē et vrbs Attice:vbi Cereris ē tēplū:a q̄ cerealis fuit cognoiata. Apud Eleuſina aūt Cereris myſteria cognomēto maiora celebrabant̃:ſicut Argis:q̄ et ipſe Attice vicꝰ eſt: minora in honorē ꝓſerpine:in Herculis gratiã inſtituta cū maioribꝰ initiari:q2 ciuis ⁊ indigena nō eēt:legibꝰ prohiberet̃. Eſt etiã Eleuſis Alexādrie vicus in quo Callimachꝰ literas narrat̃ fuiſſe edoctus. Occidit ille Sci-

Scinis. nis. Scinis latro fuit Iſthmū obſidēs(vt in.v.refert Diod.)q̄ duas pinus flectebat:ac vtriq̄ hominis brachia alligabat:deinde ſurſum emittēs corpꝰ vi diſcerptū maximo cruciatu afficiebat:iſtū q3 Theſeꝰ intere-

Alcathoe. mit. Tutꝰ ad Alcathoē. Alcathoe eadē eſſe videt̃ cū Megaris:vrbs media inter Pelopōneſum/Atticã ⁊ beotiã:q̄ ab Alcathoo Pelopis filio:q̄ Megareo regi(vt Pauſa.ſcri.)in regno ſucceſſit:fuit denominata. Cum enim leo quē Citheroniū appellarūt:Enipum Megarei regis filium interfeciſſet:Megareus ipſe ⁊ filie nuptias ⁊ regni ſucceſſionē ei ꝓpoſuit:q̄ leonē Citheroniū ſtrauiſſet:Alcathoꝰ vero Pelopis filiꝰ:cū ꝓpter ce-

Leleges. dis Chryſippi fratris ſuſpicionē Megarã cōfugiſſet:ferã aggreſſus cū victor euaſiſſet:regnum ſuſcepit:ac inter alia:q̄ geſſit/tēplū edificauit:qd̄ agreſtis ⁊ Apollinis ⁊ Diane voluit appellari. Lelegia me.a Lelege edificata. Nã (vt Pauſa.narrat) Megarenſes aiūt duodecim poſt Cara Phoronei filiū ſeculis Lelega ex Egypto ꝓfectū regnū obtinuiſſe:eoq3 regnāte ſe Leleges vocatos fuiſſe:quod quidē ⁊ Strabo ſignificat:cū inquit. Cares cū prius Leleges ⁊ inſulares eſſent:fauētibꝰ Cretētibꝰ:q̄ Miletū cōdidere:in cōtinēte habitare

Compoſito Scirone patet:ſparſiſqꝫ latronis
Terra negat ſedem:ſedem negat oſſibus vnda:
Que iactata diu fertur duraſſe vetuſtas
In ſcopulos:ſcopulis nomen Scironis inheret.
Si titulos/annoſqꝫ tuos numerare velimus:
Facta prement annos:pro te fortiſſime vota
Publica ſuſcipimꝰ:Bacchi tibi ſumimus hauſtus.
Conſonat aſſenſu populi/precibuſqꝫ fauentum
Regia:nec tota triſtis locus vllus in vrbe eſt.
Nec tamen(vſqꝫ adeo nulla eſt ſyncera voluptas:
Sollicitumqꝫ aliquid letis interuenit) Egeus
Gaudia percepit nato ſecura recepto.
C Bella parat Minos:qui quanq̃ milite/quanq̃
Claſſe valet:patria tamen eſt firmiſſimus ira:
Androgeiqꝫ necem iuſtis vlciſcitur armis.
Ante tamen bello vires acquirit amicas:
Quaqꝫ patent aditus/volucri freta claſſe pererrat.
Hinc Anaphen ſibi iungit/et Aſtypaleia regna.
Promiſſis Anaphen/regna Aſtypaleia bello.
Hinc humilem Myconen:cretoſaqꝫ rura Cimoli:
Florentem Cythnon:Scyron/planamqꝫ Seriphon:

C Sithonis in monedulam.

Nomen ab effectu que ſeruo monedula:quondam
(Nanqꝫ auro eſt Arne predita)virgo fui.

Componere. cepiſſe. Cōpoſito Scirone. interfecto:ſublato. Nā cōponere interdū finire ſignificat. qui autē necātur finiūtur. Scirō aūt latro fuit:q̃ ea Megaridis loca habitauit:q̃ ab eo Scironia ſaxa vocanť. Is peregrinos illac trāſeūtes cogebat ſeipſos de p̄cipiti loco iactare:vel deductos ſupra ſcopulū abruptum ipſe calce in mare proijciebat. Theſeꝰ aūt inde illū in mare deiecit:vn̄ multos aň ipſe deturbauerat:vt ex ſtatua q̃ Athenis in regia ſpectabať/colligi poterat:nā Theſeus Scironē in mare ꝓijciēs effictꝰ erat:vt Pauſa. refert. Scopulis nomē Scironis inheret. vt refert Stra. Scironides petre Atticis finibꝰ imminēt:iuxta mare trāſitū nō relinquētes. Supra eas aūt via eſt in Atticā:atqꝫ Megarā ab Iſthmo ducēs. Caurū q̃z ventū ab illis ſaxis flātē: ꝓcellaſqꝫ cientē Scirona Athenięſes vocāt. Fingit aūt poeta oſſa Scironis in mare ꝓiecti fuiſſe in ſcopulos cōuerſa. Sciron is oſſa in ſcopulos. Facta p̄mēt annos. hoc eſt geſta tua numero annos ſuperabūt. Pro te fortiſſime vota. Theſeia ſignificat:q̃ feſta in Theſei honorē Athenięſes inſtituerūt. Vſqꝫ adeo nulla eſt. parēthe ſis eſt:ſententiā loco maxime accōmodatā cōtinēs. Sūpta aūt hec ſnia eſſe videť ex. iiij. argonauticon Apollonij vbi Iaſonis Medeeqꝫ nuptie in Cercyre antro celebrate deſcribūtur. Sēper em̄ inquit miſerorū hominum letitijs amara aliqua ineſt triſtitia.

C Fabule. xxv. vij. libri argumētum.

Lactātius. C Bella parat Minos ⁊c. Arne cum inſulā Sithō:in qua genita eēt: hoſti athenas oppugnāti capta pulchritudine auri vēdidiſſet patriā:ne pro meritis ſupplicia penderet: in volucrem monedulam eſt trāſfigurata: que adhuc amore ſplendoris eius tenetur.

Raphael. Bella parat minos. Minoē Iouis filiū ex Europa regē fuiſſe Crete notiꝰ eſt:q̃ vt ſit exponēdū. Huic Androgeꝰ filiꝰ fuit Athletico certamine clarꝰ:qui cū Athenis ex Paleſtra victoriā reportaſſet:maximam in ſe inuidiā cōcitauit. Androgeꝰ. Qua ꝓpter inſidijs Egei Atheniēſiū regis occiſus cū domū nō rediret: Minos pater aduerſus Athenięſes bellum mouit:ipſis ⁊ peſtilētiā ⁊ famē imprecatꝰ/vt Androgei cedē vlciſcereť: autores Plutar. ⁊ Diodo. Aldꝰ Manutius Romanꝰ hūc verſum ſic legit. Priꝰ aūt q̃ oppugnare cepiſſet Athenas: varia ſibi auxilia cōparauit: quaſdā inſulas expugnauit:q̃s enumerat poeta: ac ſi qua in his Metamorphoſis fuit facta deſcribit. Firmiſſimꝰ. ferociſſimꝰ. Ira p̄ria. p̄ri cōueniente ob filij cedē. Iuſtis armis. bello iuſto. quippe qđ fuit ſuſceptū ꝓ filij cede vlciſcēda. Quaqꝫ patēt aditꝰ. quocūqꝫ nauibꝰ poterat ꝓuenire. Floretēqꝫ Tyron:Cypron: planaqꝫ Seriphon. Hinc Anaphē ſibi iungit. Anaphe inſula eſt in Cretico Pelago vna ex Sporadibꝰ:iuxta Therā que a Mēbliaro:q̃ vna cū Cadmo ad querendā Europā nauigauit: Anaphe. Mēbliaros. Mēbliaros fuit appellata. Deinde argonautis a tēpeſtate vexatis/caligineqꝫ optis:ſtatim Apollinis opere(vt Apollo. in. iiij. narrat) cū apparuiſſet Anaphe ἀπὸ τοῦ ἀναφαίνειν fuit cognominata. Et hinc Stymphalea regna. Stymphalus. Stymphalꝰ quidē vrbs eſt Arcadie:ſ; de hac mihi poeta ſentire nō videť:cū inſulas enumeret ſibi a Minoe cōciliatas. Forſitā autē deprauatꝰ eſt hic verſus:q̃ hinc aduerbio eraſo: Aſtypaleia expoſcere videť. Aſtypalea. Eſt em̄ Aſtypalea inſula:vna ex Cycladibꝰ ab aſtypalea Ancei mr̄e denoiata. Nā antea a Caribꝰ habitata Pyrrhea primū:deinde Palea:tū θεῶν τράπεζα: hoc eſt deorū mēſa fuit appellata. Pyrrhea. Palea. Eſt aūt etiā alia eiuſdē nominis cū vrbe inter Rhodū et Cretā. Eſt et nomē duarū vrbiū:quarū altera eſt in Co inſula:altera in Samo:vn̄ Aſtypaleꝰ et Aſtypaleata declinātur. Hinc hu. Myco. Mycone: q̃ et Myconus a Stra. vocať:vna eſt ex Cycladibꝰ. In ea ꝟo inſula dr̄ iacere nouiſſimi gigātū ab Hercule lapidibus obruti. Fere aūt Myconij ſunt calui. Cretoſaqꝫ rura Tymoli:ſic q̇dē corrupte:Cimoli vero ꝑ c recte legiť. Cimolus. Eſt enim Cimolus:q̃ et Echinuſa dr̄:inſula in Cretico mari:vna ex Sporadibꝰ:a qua terra Cimolia nūcupatur: Echinuſa. vt Stra. ſcribit. Ad qđ alludēs poeta cretoſa cimoli rura appellat. In illa nāqꝫ effoditur Creta:q̃ Cimolia dr̄ Cythnon. purgādis veſtibꝰ apta. Florētēqꝫ Tyron:Cyprō:hic quoqꝫ verſus mihi videť eſſe deprauatꝰ. Cū enim poeta enumeret inſulas Crete vicinas:q̃s ſibi minos adduxit/imperite admodū Sporadibꝰ atqꝫ Cycladibꝰ Tyrō: q̃ Phenicie adiacet:ac Cypron:que Syrie admiſceret. Forſitā aūt nō Tyron ac Cyprō: ſed Cythnō ⁊ Scyrō eſt legendum. Cythnos enim inſula eſt Cimolo propinqua viſu ſpectabilis:a cythno Samio dicta. Nā ante illam Merope vocabatur et Acis:vt Plinius ſcribit. Scyros. Scyros autem vna eſt et ipſa ex Cycladibus patria Lycomedis:Achillis et Deidamye nuptijs clara. Seriphos. Planaqꝫ Seriphon. Seriphos vna eſt ex Cycladibus adeo lapidoſa:vt qui Seriphijs cōijciatur id inſpecta obueniſſe Gorgone cauſentur. Nam vt refert Stra. in illa facta vulgātur que a poetis ficta fuerūt. Dictyē piſcatorē arcam adduxiſſe retibus in qua Perſeus cū matre Danae cōtinebatur:cū vtrūqꝫ pater Acriſius in mare proieciſſet. In iſta vero inſula Perſeus educatus fuiſſe proditur:qui cum caput Gorgonis allatum Seriphijs oſtendiſſet:vniuerſos mutaſſe in lapides: idqꝫ in matris vltionem factitaſſe: quia illis adiutoribus Seriphi rex Polydectes nuptijs inuitam adegiſſet. Marmoreāqꝫ Paron. Paros ⁊ vna ea ex Cycladibꝰ:primo Platea:deinde Minois appellata:que



Marmoreamqꝫ Paron:quāqꝫ impia ꝓdidit Arne
Sithonis accepto/quod auara popoſcerat/auro:
Mutata eſt in auem:que nunc quoqꝫ diligit aurū/
Nigra pedes:nigris velata monedula pennis.
C At nō Oliaros/Didymeqꝫ/⁊ Tenos/⁊ Andros:
Et Gyaros:nitideqꝫ ferax Peparethos oliue
Gnoſiacas iuuere rates:latere inde ſiniſtro
Oenopiam Minos petit. Eacideia regna:
Enopiam veteres appellauere:ſed ipſe
Eacus Eginam genitricis nomine dixit.
Turba ruit:tantaqꝫ virum cognoſcere fama
Expetit:occurrunt illi Telamonqꝫ/minorqꝫ:
Quam Telamon/Peleus:⁊ proles tertia Phocus.
Ipſe quoqꝫ egreditur tardus grauitate ſenili
Eacus:⁊ que ſit veniendi cauſa requirit.
Admonitus patrij luctus ſuſpirat:⁊ illi
Dicta refert rector populorum talia centum.
Arma iuues oro pro nato ſumpta:pieqꝫ
Pars ſis militie:tumulo ſolatia poſco:
Huic Aſopiades petis irrita:dixit:⁊ vrbi
Non facienda mee:neqꝫ enim coniunctior vlla
Cecropidis hac eſt tellus:ea federa nobis/
Triſtis abit:ſtabuntqꝫ tibi tua federa magno.
Dixit:⁊ vtilius bellum putat eſſe minari/
Quam gerere:atqꝫ ſuas ibi preconſumere vires.
Claſſis ab Oenopijs etiam nunc Lyctia muris
Spectari poterat:cum pleno concita velo
Attica puppis adeſt:⁊ portus intrat amicos:
Que Cephalum/patrieqꝫ ſimul mandata ferebat:
Eacide iuuenes longo poſt tempore viſum
Agnouere tamen Cephalum:dextraſqꝫ dederunt:
Inqꝫ patris ducere domum:ſpectabilis heros/
Et veteris retinens etiam nunc pignora forme
Ingreditur:ramumqꝫ tenens popularis oliue:
Et dextra/leuaqꝫ duos etate minores.
Maior habet Clyton:⁊ Buten Pallante creatos.
Poſtq̃ congreſſi primi ſua verba tulerunt
Cecropide:Cephalus peragit mandata:rogatqꝫ
Auxilium:feduſqꝫ refert:⁊ iura parentum:
Imperiumqꝫ peti totius Acheidos addit.
Sic vbi mandatam iuuit facundia cauſam:

ta:q̃ lapidē ꝓducit quē pariū vocāt:ad marmoreas ſculpturas aptiſſimū. Ex ea natꝰ eſt Archilocꝰ poeta:q̃ corrupte apđ Str. Antilochꝰ ē ſcriptꝰ. Archiloc. ad qđ alludēs hora. inq̄t. Parios ego p̄mꝰ iābos Oſtēdi Latio. Quāqꝫ im. ꝓ. Ar. Si. q̄nā fuerit illa Sithōis puella/ q̃ accepto auro hoſtibꝰ Arnē iſulā ꝓdiderit: atqꝫ in monedulā auē auri maxie furacē cōuerſa fuerit n̄ memini me legiſſe. Sithonis in monedulam. Sithonis. Thracie mulier. ē em̄ Sithonia Thracie ꝑs Macedōie finitima:vn̄ Sithōie niues apđ Verg. dr̄. Velata mo. tecta:coopta. Monedula. Monedula ꝟo auis ē e gracculoꝝ gn̄e:ſic dicta:q̃ſi monetula q꜓ mōete ⁊ pecunie amore capiať. Nā(vt Pli. ſcrib.) huic ſoli aui mira īgenita eſt furacitas auri ⁊ argēti. Sūt āt cornicibꝰ ſiľes:niſi qđ ſūt nigriores:q̃bꝰ pedes ⁊ roſtra rubēt:q̄re n̄ Nigra pedes:ſ; rubra forſitā ab Oui. ſcriptū fuit:q̃uis nigra i exēplaribꝰ legať.

C Fabu. xxvj. lib. vij. Argumētū.

Lactantiꝰ. C At non Oliaros Didy. ⁊c. Eacus Iouis ⁊ Egine filiꝰ cū Aſopidē iſulā ꝯiugis noie icoleret:⁊ graui peſtilentia Iunonis ira ppľm amiſiſſet:p̄cibꝰ ⁊ mia a Ioue īpetrauit:vt vaſtata iſula:q̄t formice ī ea appuiſſent:tot ꝟſe in hoīm facies deſyderatā mľtitudinē explerēt:neqꝫ imerito:ſi q̇dē ex hmōi aīalibꝰ creuerāt: Myrmidones ſūt appellati. Formice em̄ grece Myrmices appellanť. Porro autē hos ſenſus Cephalo ſciſcitāti edocet Eacꝰ.

Raphael. At nō Oliaros Didymeqꝫ. iſule ſūt Egei ex Cycladibꝰ:q̃ Minoi aduerſꝰ Athenięſes auxiliū nō tulerūt. Oliaros. Oliaros aūt ꝑ i nō ꝑ e in aňpenultia ſcribiť:iſula ē vna ex Cycladibꝰ Sidonioꝝ colonia:vt Heraclides Pōticus ſcribit. Didyme. Didymeqꝫ. Didyme iſula ē ex Cycladibꝰ vna:a figura ſic appellata:gemella nāqꝫ vr̄:Dydimi em̄ gemelli dn̄r:eodē noie iſula eſt i freto Siculo vna ex eolijs. Tēnos. Et Tēnos. iſula eſt vna ex Cycladibus Tenos(vt Stra. refert) vrbē n̄ ſa ne magnā hn̄s:vex Neptūi fanū āpliſſimū i luco extra muros ſpectatu dignū. i eo capaciſſima diſcūbētiū ꝯuinaꝝ edificata ſūt triclinia qđ ſignū ē frequētē finitimoꝝ mľtitudinē eo ꝯuenire ſolitā:q̃ vna neptuno ſacrificia celebrarēt. Andros. Et Andros. vna eſt ex Cycladibꝰ Andros. ab Andro Anij filio cognoiata. Gyaros. Et Gyaros. Gyaros āt vna ē ex Sporadibꝰ. Nitideqꝫ ferax Pepare. oliue. Peparethos. Peparethos inſula eſt vna ex Cycladibꝰ oleo abūdās. Eno.. Minos petit. ſic q̇dē i olbꝰ q̃ mihi videre ꝯtigit exēplaribꝰ legiť. Sꝫ niſi apđ ſtra. ē mēdū. Enona. Enonā legēdū ē. Nā q̃ iſula poſtea Egina fuit appellata:ab Egina Eaci mr̄e:quā iuppiter(vt Dio. ſcri.) ex philūte raptā i illā iſulā trāſtulit:antea Enona (vt Ste. etiam ſcri.) appellabať. Egina. vn̄ Enoneꝰ: Enoninſqꝫ declinať. Enona. Deniqꝫ apđ Grecorū quēq̃ nō memini me Enopia legiſſe. Fuit āt inſula nobiliſſima vt q̃ ⁊ maris oliꝫ tenuerit impiū:⁊ Eacidarū origo fuerit. Sane Egina locꝰ eſt ēt Epidaurie terre. Egina. Aeacus. Sꝫ ip̄e Eacꝰ Eginā. Eacū Iouis fuiſſe filiū ꝯſtat:cui tres filij fuerē: Telamō/Peleꝰ: Phocꝰ. Admōitꝰ p̄rij luctꝰ. p̄rne meſtitie quā đ filio ꝯcepat. Pop. cētū. nā Creta cētū olim vrbes habuiſſe ferť.

Raphael. Pro nato:ꝓ vlciſcēda filij cede. Pie militie:q̃ pro filij nece vindicanda ſuſcepta eſt. C Tumulo filij. ſepulchro. C Huic Aſopiades. Eacus Aſopi nepos. Egina Aſopi filia. Egina enim Aſopi mater filia fuit Aſopi fluuij. C Petis irrita:vana et mihi non facienda.

¶Ad Eacum.

Eace/cum fruſtra petat auxiliaria Minos
Arma:dabis fruſtra:quum petet hec Cephalo.

Eacus in capulo regni nitente ſiniſtra
Ne petite auxilium:ſed ſumite dixit Athene.
Nec dubie vires:quas hec habet inſula:veſtras
Ducite:⁊ omnis eat rerum ſtatus iſte mearum.
Robora non deſunt:ſuperat mihi miles/⁊ hoſti.
Gratia diijs:felix/⁊ inexcuſabile tempus.
Immo ita ſit Cephalus:creſcat tua ciuibus opto
Urbs/ait:adueniens equidem modo gaudia cepi:
Cum tam pulchra mihi:tam par etate iuuentus
Obuia proceſſit:multos tamen inde requiro:
Quos quondam vidi veſtra prius vrbe receptus.
Eacus ingemuit:triſtiqꝫ ita voce locutus.
Flebile principium melior fortuna ſecuta eſt.
Hanc vtinam vobis poſſem memorare:ſine vllo
Ordine nunc repetã:neu lõga ambage morer vos:
Oſſa:ciniſqꝫ iacent:memori quos mente requiris:
Et quota pars illi rerum periere mearum:
Dira lues populis ira Iunonis inique
Incidit exoſe dictas a pellice terras.
Dum viſum eſt mortale malum:tanteqꝫ latebat
Cauſa nocens cladis:pugnatum eſt arte medendi.
Exitium ſuperabat opes:victeqꝫ iacebant.
Principio celum ſpiſſa caligine terras
Preſſit:⁊ ignauos incluſit nubibus eſtus.
Dumqꝫ quater plenis expleuit cornibus orbem
Luna:quater plenum tenuata retexuit orbem:
Letiferis calidi ſpirarunt eſtibus Auſtri.
Conſtat ⁊ in fontes vitium veniſſe/lacuſqꝫ:
Milliaqꝫ incultos ſerpentum multa per agros
Erraſſe:atqꝫ ſuis fluuios temeraſſe venenis.
Strage canum primo:volucrũqꝫ/auiũqꝫ/boumqꝫ:
Inqꝫ feris ſubiti deprenſa potentia morbi eſt.
Concidere infelix validos miratur arator
Inter opus tauros:medioqꝫ recumbere ſulco.
Lanigeris gregibus balatus dantibus egros
Sponte ſua:laneqꝫ cadunt:⁊ corpore tabent.
Acer equus quondam/magneqꝫ in puluere fame
Degenerat/palme/veterumqꝫ oblitus honorum
Ad preſepe gemit morbo moriturus inerti.
Non aper iraſci meminit:nec fidere curſu

¶Ea federa nobis:ſunt ſubaudiẽdũ:vt amici ſim⁹:⁊ nos inui cẽ iuuem⁹. Triſtis abit:meſtus inqͭt diſceſſit Minos:q2 q̃ volebat non impetrauit. Stabũt ma.ↄſtabũt. Lyctia:creteſis:a Lycto Crete vrbe a Lycto Deucalionis filio cognoiata. Ueteris for.priſtine pulchritudinis. Nã Cephalus(vt etiam Pauſanias ſcribit)formoſiſſimus fuit. Popularis oliue:i Attica nate/populo re grate. Maior habet:cauſa cur a dextra:leuaqꝫ Cliton ⁊ Buten haberet. Maiores enim natu in medio minorꝫ incedere ſolent. Hic autem Pallas vnus e filijs Pandionis Athenarum regis fuit:quatuor eñ filij(vt ſcribit Strabo) Pandioni fuerunt:Egeus:Lycus:Pallas:Niſus. ¶Peragit mandata:exponit mandata:que ab Athenienſibus acceperat. ¶Fedusqꝫ refert:commemorat fedus a ſuis maioribus cum Eginetis percuſſum. Imperiũ:regnum. Totius Acheidos:Achaie ⁊ Grecie. Peti:appeti a Minoe. Hoc autem ait:quo facilius Eaco perſuadeat:vt Athenienſibus contra Minoen ferat auxilium. In capulo regni.in ſceptro. Athene:Athenienſes:continens enim pro contento frequẽter ponitur a poetis. Eaci autẽ oratio maximaꝫ pre ſe fert in Athenienſes ⁊ beneuolentiam ⁊ benignitatem. Et omnis eat:veniat vobiſcum ſubaudiatur. Robora:vires. Superat mihi miles ⁊ hoſti:hoc eſt mihi milites ſuperſunt:⁊ ad iuuandos amicos:⁊ ad repellẽdos hoſtes. Gra.dijs:ſit ſubaudiatur. Dijs enim gratias agit Eacus. Felix ⁊ inexcuſabile tempus:mihi eſt ſubintelligatur:hoc autem verbum eſt:ſepenumero eleganter pretermittitur. Obuia proceſſit:obuiam venit. Inde ex ijs. Hec autem narrantur:vt cõcinnius ad formicaruꝫ Metamorphoſin in homines exponendaꝫ deſcendat. Memorare:prolixius narrare. Sine vllo ordine:ſine vllo proemio. Lõga ambage:ſuperflua oratione. Deſcribit autem poeta formicarum mutationem in Myrmidonas. Cum eniꝫ Iunonis ira Egine incole peſtilentia fuiſſent abſumpti:Eacus Iouem patrẽ rogauit:vt aut ſibi populuꝫ reſtitueret:aut ſe quoqꝫ vita priuaret. Cum autem magnam formicaruꝫ multitudinem in vetuſta quercu vidiſſet:Iouem rogauit:vt ſibi tot ciues:quot ille formice erant concederet. Iuppiter vero Eaci precibus motus:quotquot formice in illa quercu erant:in homines commutauit:quibus Eacus ipſe agros diuiſit. ¶Oſſa ciniſqꝫ iacẽt:mortui ſunt. Et quota pars ac ſi diceret/minima. Dira lues:iſanabilis peſtis:cui nihil remedij poterat afferri. Exoſe:odio pſequẽtis. Dictas terras:denominatam inſulam. Nam Enona inſula(vt diximus)Egina ab Eaco ex matris nomine fuit appellata. A pellice Egina:quaꝫ Iuno odio perſequebatur:quippe cum qua Iuppiter coiuiſſet. Eleganter autem/ſciteqꝫ ea omnia deſcribit poeta:que tempore peſtis accidere ſolent. Mortale malum:humanum.non autem a Iunonis ira miſſum. Cauſa nocens:ira Iunonis que in cauſa erat tante calamitatis. Pugnatum eſt:repugnatum peſti. Exitiũ:clades. Opes:auxilia. Preſſit:oppſſit:occupauit. Et ignauos eſtus:ab effectu ꝙ ignauos hoies reddant:⁊ pigros. ¶Dũqꝫ quater plenis:per quatuor inquit menſes Auſtri vẽti morboſi ſpirarunt. Luna enim ſingulis quibuſqꝫ mẽſibus

Lyctius.

Pandionis filij.

Eſt eleganter ſepenumero pter mittitur.

Formice in homines.

Peſtilẽtie deſcriptio.

Cerua:



Cerua: nec armentis incurrere fortibus vrſi.
Omnia languor habet:ſiluis/agriſqꝫ/vijſqꝫ
Corpora feda iacent:vitiantur odoribus aure.
Mira loquar:non illa canes:auideqꝫ volucres:
Non cani tetigere lupi:dilapſa liqueſcunt:
Afflatuqꝫ nocent:et agunt contagia late.
Peruenit ad miſeros damno grauiore colonos
Peſtis:et in magne dominatur menibus vrbis.
Uiſcera torrentur primo:flammiſqꝫ fatiſcunt.
Indicium rubor eſt:et ductus anhelitus igni.
Aſpera lingua tumet:tepidiſqꝫ arentia ventis
Ora patent:aureqꝫ graues captantur hiatu.
Non ſtratum:non vlla pati velamina poſſunt:
Dura ſed in terra ponunt precordia:nec fit
Corpus humo gelidũ:ſed hum⁹ de corpore feruet/
Nec moderator adeſt:inqꝫ ipſos ſeua medentes
Erumpit clades:obſuntqꝫ auctoribus artes.
Quo propior quiſqꝫ eſt:ſeruitqꝫ fidelius egro:
In partem leti citius venit:atqꝫ ſalutis
Spes abijt:finemqꝫ vident in funere morbi.
Indulgent animis:⁊ nulla quid vtile cura eſt.
Utile enim nihil eſt:paſſim/poſitoqꝫ pudore
Fontibus/⁊ fluuijs/puteiſqꝫ capacibus herent.
Nec ſitis eſt extincta prius:ꝙ vita/bibendo.
Inde graues morbo nequeunt conſurgere:⁊ ipſis
Immoriuntur aquis:aliquis tamen haurit ⁊ illas:
Tantaqꝫ ſunt miſeris inuiſi tedia lecti.
Proſiliunt:aut ſi prohibent conſiſtere vires/
Corpora deuoluunt in humum:fugiuntqꝫ penates:
Quiſqꝫ ſuos:ſua cuiqꝫ domus funeſta videtur.
Et quia cauſa latet/locus eſt in crimine notus.
Semianimes errare vijs:dum ſtare valebant:
Aſpiceres flentes alios:terraqꝫ iacentes:
Laſſaqꝫ verſantes ſupremo lumina motu.
Membraqꝫ pendentis tendunt ad ſydera celi
Hic/illic/vbi mors deprenderat exhalantes.
Quid mihi tunc animi fuit/aut quid debuit eſſe:
Ut vitam odiſſem:⁊ cuperem pars eſſe meorum
Quo ſe cunqꝫ acies oculorum flexerat:illic
Uulgus erat ſtratum:veluti cum putrida motis
Poma cadunt ramis:agitateqꝫ ilice glandes.
Templa vides contra gradibus ſublimia longis:

mẽſibus creſcit ac decreſcit. Tenuata. diminuta. Retexuit:diſſoluit. Letiferis eſtibus:peſtiferis feruoribus. Uitiũ:aeris corruptionẽ. Temeraſſe:corrupiſſe. Strage canũ primo. hec ex primo Iliados ſumpta eſſe videntur:nã Homerus peſtem in exercitum grecorũ Apollinis ira immiſſam deſcribẽs aſſerit primo canes;muloſqꝫ interijſſe. Miratur:quia mali cauſam ignorat. Inter opus:inter arandum. Recumbere:procumbere:cadere. Lanigeris gregibus:ouibus:que proprie balare dicuntur. Eſt autem factitium verbum. Tabent:putreſcunt:ac macilente fiunt. Magneqꝫ in puluere fame:in certaminibus:in quibus maximus puluis excitatur. Degenerat:a generoſitate ſua recedit. Palme:victorie. Ueterũ honorũ:antique glorie. Nõ aper iraſci meminit.ꝓzeugma eſt. Meminit eñ verbum ad duos qui ſequunt̃ nominatiuos eſt referendũ. Incurrere:impetũ facere. Oia lãguor habet.oia inqͭt aialia lãguida:et infirma ſunt effecta. Corpora feda:cadauera fetẽtia. Odoribus:cadauerum fetoribus:quãꝗ odores fere in bonã accipiãtur partẽ:ac pro ijs que nares delectant/ponantur. ¶Et agunt contagia late. corruptionem inquit lõge mittunt. ¶Liqueſcunt:reſoluuntur. ¶Flammiſqꝫ fatiſcunt.hoc eſt ardore quodam inteſtino reſoluuntur.eleganter auteꝫ omnia deſcribit poeta/que peſte laborantibus ſolent euenire. ¶Indicium ruborem:rubor faciei inquit indicat viſcera eſſe inflammata. ¶Tumet:inflatur. ¶Arentia ora:arida ⁊ ſicca. ¶Uentis rapidis:auſtris. ¶Patent:aperta ſunt ⁊ tenentur. ¶Aure graues pernitioſe. ¶Non ſtratum:lectum. ¶Dura precordia:corpora inflata et aſpera:vt a parte totum intelligamus. Sunt enim precordia(vt Plinius in.xi. naturalis hiſtorie ſcribit) membrane tenuiſſime:quibus exta homini ab inferiore viſcerum parte ſeparantur:ſic dicta:quia cordi pretenduntur:que greci Phrenas appellant/ꝙ illis ſubtilitas mentis accepta feratur. ¶Moderator:rector:medicus. ¶Erumpit inuadit. ¶Obſuntqꝫ auctoribus artes.medice inquit artes ſuis profeſſoribus nocent. Peſte eñ medici quoqꝫ corripiebantur. ¶Leti:mortis. ¶Finemqꝫ vident in funere morbi. ordo eſt ⁊ ſenſus:finemqꝫ morbi in funere ⁊ morte vident. ¶Indulgent animis:hoc eſt faciunt ꝗcquid ipſis libet. ¶Quid vtile:hoc verbũ ſit ſubintelligat̃:vt ſit ſenſus:⁊ nulla cura eſt ꝗd ſit vtile. Haurit:bibit. Et illas:etiã illas cadauerib⁹ iſectas/in ꝗb⁹ multi moriebant̃. Tãtaqꝫ ſunt miſeris:adeo autem inquit inuiſos habent lectos/vt ex illis proſiliant. Aut ſi prohibent:hoc eſt ſi cui ſunt tam exigue vires:vt ſtare non poſſit:atqꝫ e lecto deſilire/deuoluit ſe quoquo modo poteſt in humũ. ¶Funeſta:peſtifera:mortifera. Funeſtum etiam dicitur funere inquinatum. ¶In crimine:in culpa. ¶Semianimes:ſemimortuos. ¶Pendentis:impendentis:imminentis. ¶Hic/illic.paſſim et vbiqꝫ. ¶Exhalantes:expirantes. ¶Quid animi:qualis animus. ¶Ut vitam odiſſem:qualem animum habere debuerit Eacus ipſe exponit. Talem inquit animum debui habere/vt vitam odiſſem:ac mortuus eſſe cuperem. ¶Flexerat:conuerterat. ¶Putrida poma:nimis matura et corrupta. ¶Contra:e regione.

Odores.

Peſte laborãtibus ꝗ eueniãt.

Precordia

Funeſtum.